1) Locus obſcurus et meo iudicio perturbatus. Xylander dici putat, [in verſione] a Delphis inſtitutum eſſe hoc certamen primum; ſed quod adiicitur de bello Criſſaeo, non finit, nos de prima Pythiorum inſtitutione haec accipere. Nam id ab Eurylocho geſtum eſt, cuius temporibus ordinatos eſſe hos ludos ab Amphictyonibus ſubdit. Ego non dubito, locum eſſe corruptum. *Caſaubonus.* Notavit aſteriſcis hunc locum doctiſſimus commentator, et cenſet eſſe corruptum. Iure equidem; ſed ſi mutes τὸ Κρισσαῖον in Κιῤῥαῖον, conſtabit narrationi ſua veritas, et omnia erunt plana. Nam ſupra p. 418. dicit, Cirrham ſubverſam fuiſſe a Criſſaeis, Criſſam vero poſtea ab Eurylocho. Sed, ne quid diſſimulem, miror, neminem alium de illo Cirrhae excidio a Criſſaeis meminiſſe, et locus Strabonis non eſt ſine dubio. *Palmerius in exercitatt. ad auct. Gr. p. 319.* Difficultatem, quam obſtruit Criſſaci belli tempus, recte notarunt viri docti, cum ſatis conſtet praeter alios ex Pauſania 10, 7. aliquanto antiquiores fuiſſe illos ludos. Cum tamen Pauſanias 2, 32, 2. Diomedi tribuit Troja reverſo, videtur potius per nexum Pythiorum inſtitutionem Corinthi factam indicare. Qui deinceps a Strabone commemorantur ludi novis acceſſionibus aucti, finito Criſſaeo bello inſtituti ſunt, uti pluribus docent etiam Scholiaſtae Pindari in argumento Pythiorum, etſi alii a Criſſaeis, ut noſter, alii a Cirrhaeis bellum geſtum eſſe narrant, de quo vid. ad p. 418. Neque enim cum Palmerio pro Κρισσαῖον ſubſtituam Κιῤῥαῖον. At omnis difficultas tollatur et cum chronologia componatur Strabonis haec narratio, ſi mutata diſtinctione verba μετὰ τὸν Κρισσαῖον πόλεμον ad ſequentia referas; quod cum ſit remedium leniſſimum et promtiſſimum, Straboni id ſubtrahere nolui. Revocavi tantum δὲ, quod praecedebat antea vocem Ἀμφικτύονες.

§. 10. Certamen apud Delphos antiquitus fuit citharoedorum, paeanem in laudem dei canentium: inſtitutum a Del-

Δελφοί. Μετὰ δὲ τὸν [2] Κρισσαῖον πόλεμον οἱ Ἀμφικτύονες ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν ἐπ' Εὐρυλόχου διέταξαν [3] στεφανίτην, καὶ Πύθια ἐκάλεσαν. Προσέθησαν δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς, ἀποδώσοντάς τι μέλος, ὃ καλεῖται νόμος Πυθικός. Πέντε δ' αὐτοῦ μέρη ἐστὶν, [4] ἀνάκρουσις, ἄμπειρα, κατακελευσμὸς, ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι, σύριγγες. Ἐμελοποίησε μὲν οὖν Τιμοσθένης ὁ ναύαρχος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου, ὁ καὶ τοὺς λιμένας συντάξας ἐν δέκα βίβλοις. Βούλεται δὲ Phocis.

2) Casaubonn. Κρίσσου, Venet. Κρισσοῦ, Paris. Mosc. Κρισαῖον, de quo vid. ad p. 405.

3) Sic Moscov. uti legitur in Pausania 10, 7, 3. aliisque, et in nostro lib. 8. p. 355. et alibi saepius. Sic passim similia obiiciuntur, δωρίτης, ἀργυρίτης, χρηματίτης. Vulgo antea legebatur στεφανῖτιν. Recte tamen legitur p. 412.

4) Gronovius ex Mediceo notavit ἄγκρουσις, Αἰολικῶς. Illam ipsam formam subministrant etiam Paris. et Moscov. quae quidem est Aeolica, ut ἄγκρισις pro ἀνάκρισις apud Aeschylum in Eumen. v. 365. Neque temere advecta illa videtur, cum et post eadem lege summo codicum consensu scribatur ἄμπειρα pro ἀνάπειρα, Polluci 4, 10. s. 84. πεῖρα. Interim cum mox iidem codices in recepta forma a reliquis minime discrepent, neque ad Delphos ea necessario referatur, notandum id tantum duxi.

Delphis. Post Crissaeum vero bellum sub Eurylocho Amphictyones equestrem et gymnicam concertationem instituerunt, corona victori praemii loco proposita: et Pythia nominaverunt. Adiecerunt autem citharoedis tibicines, et qui cithara luderent sine cantu, modularenturque carmen, quod nomos sive modus Pythius dicebatur. Quinque sunt eius partes: anacrusis, ampeira, katakeleusmus, iambi et dactyli, syringes seu fistulae sibilae. Carmen composuit Timosthenes secundi Ptolemaei classi praefectus, qui de portubus volumen composuit decem libris constans. Vult autem

Phocis. δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν πρὸς τὸν δράκοντα διὰ τοῦ μέλους ὑμνεῖν· ἀνάκρουσιν μὲν τὸ προοίμιον δηλῶν· ἄμπειραν δὲ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ ἀγῶνος· κατακελευσμὸν δὲ [5] αὐτὸν τὸν ἀγῶνα· ἴαμβον δὲ καὶ δάκτυλον τὸν ἐπιπαιωνισμὸν τὸν [6] γι-
p. 422. νόμενον ἐπὶ τῇ νίκῃ μετὰ τοιούτων ῥυθμῶν, ὧν ὁ μὲν [7] ὕμνοις οἰκεῖός ἐστιν, ὁ δ' ἴαμβος κακισμοῖς καὶ τὸ ἰαμβίζειν· σύριγγες δὲ τὴν ἔκλειψιν τοῦ θηρίου μιμουμένων, ὡς ἂν καταστρέφοντος εἰς ἐσχάτους τινὰς συριγμούς.

§. 11.

5) Primus vocem αὐτὸν praeeuntibus et probantibus libris inferuit Cafaubonus.

6) Ex Cafaubonn. Vatic. Parif. Mofc. ante ἐπὶ recepi γινόμενον, etfi abeffe poffe non negem.

7) Ita hic pro ὕμνος et poft κακισμοῖς pro καικισμοῖς ex libris inftauravit Cafaubonus. Loquitur res ipfa. Pofterius verbum, quod ita, ut ante ferebatur, intelligi non poffet, in verfione omiferat Xylander, etfi αἰκισμοῖς coniecerat, et ad infectationem Pythonis ferpentis retulerat. Poterat tamen etiam ex Guarino fufpicari veram utriusque vocis lectionem, (nam et *hymnus* dedit) quippe qui fic interpretatus erat: *quibus alter hymnis eft proprius, Iambus autem obloquiis.* Utrumque etiam propagavit Heresbachius; κακισμοῖς tamen iam ante Cafaubonum legendum viderat et in ora ed. Xyl. correxerat comprobantibus etiam Msstis Scaliger.

autem Apollinis adverfus draconem certamen celebrari eo carmine: et anacrufin fignificare praeludium: ampeiran certaminis initium: cataceleusmon ipfam pugnam: iambum et dactylum paeanem, qui victoriae accinitur, talibus modis five rhythmis, quorum hic hymnis quidem aptus fit, iambus exprobrationibus, uti iambizare: fiftulas autem mortem imitatas ferpentis, vitam cum fibilis quibusdam finientis.

§. 11.

Phocis.

§. 11.

[1]Ἔφορος δ', ᾧ τὸ πλεῖστον [2]προσχρώμεθα διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιμέλειαν, καθάπερ καὶ Πολύβιος μαρτυρῶν τυγχάνει, ἀνὴρ ἀξιόλογος, δοκεῖ μοι τἀναντία ποιεῖν ἔσθ' ὅτε τῇ προαιρέσει καὶ ταῖς [3]ἐξ ἀρχῆς ὑποσχέσεσιν. Ἐπιτιμήσας γοῦν τοῖς φιλομυθοῦσιν ἐν τῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπαινέσας, προστίθησι τῷ περὶ τοῦ μαντείου [4]τούτου λόγῳ σεμνήν τινα ὑπόσχεσιν, ὡς πανταχοῦ μὲν ἄριστον νομίζει τἀληθές, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. Ἄτοπον γάρ, εἰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων [5]ἀεὶ τὸν τοιοῦτον τρόπον διώκομεν, φησί· περὶ δὲ τοῦ μαντείου λέγοντες, ὃ πάντων ἐστὶν ἀψευδέστατον, τοῖς οὕτως ἀπίστοις καὶ ψευδέσι χρη-

1) Aldus et hic Εὔφορος, quod iam Hopperus tacite coercuerat.

2) Ita Casaubonn. Paris. Mosc. Vatic. Venet. quod cum propius ex illo petitum declaret, recepi. Vulgo χρώμεθα.

3) Casaubonn. Moscov. ἐν ἀρχαῖς, Vatic. Paris. ἐξ ἀρχαῖς pro alterutro.

4) Venet. τούτῳ. Post idem νομίζοι.

5) Paris. Moscov. τὸν τοιοῦτον ἀεί.

§. 11.

Ephorus, quo plurimum utimur ob diligentiam in talibus rebus, (quod et Polybius testatur, vir magnae auctoritatis) videtur mihi nonnunquam contrarium eius facere, quod ab initio instituerat ac promiserat. Cum enim insectatus esset eos, qui in scriptione historiae fabulis gaudent admiscendis, veritatemque laudibus evexisset, sermoni de hoc oraculo promissum adiicit gravitatis plenum, se cum alias veritatem maximi facere, tum vel apprime in hoc argumento. Absurdum enim est, (inquit) si veritatem aliis in rebus sectantes, de oraculo dicturi omnium veracissimo, ita incredibilibus et falsis utamur

Phocis. σόμεθα λόγοις. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐπιφέρει παράχρῆμα, ὅτι ὑπολαμβάνουσι [6] κατασκευάσαι τὸ μαντεῖον Ἀπόλλωνα μετὰ Θέμιδος, ὠφελῆσαι βουλόμενον τὸ γένος ἡμῶν. Εἶτα τὴν ὠφέλειαν εἰπὼν, ὅτι εἰς ἡμερότητα προυκαλεῖτο, καὶ ἐσωφρόνιζε τοῖς μὲν [7] χρηστηριάζων, καὶ τὰ μὲν προστάττων, τὰ δ' ἀπαγορεύων, τοὺς δ' οὐδ' ὅλως προσιέμενος. Ταῦτα δὲ διοικεῖν νομίζουσι (φησὶν) αὐτὸν, οἱ μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν [8] σωματοειδῆ γινόμενον, οἱ δ' ἀνθρώποις ἔννοιαν παραδιδόντα τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως.

§. 12.

Ὑποβὰς δὲ, περὶ τῶν Δελφῶν, οἵτινές εἰσι, διαλεγόμενος, φησὶ τὸ παλαιὸν [1] Παρνασίους τινὰς [2] αὐτόχθονας καλουμένους οἰκεῖν τὸν Παρνασόν· καθ'

6) Moscov. κατασκευᾶσαι, uti ὀνομᾶσαι signat et similia.
7) Paris. vitiose χρηστιριάζων.
8) Paris. Moscov. σωματοειδῶς. Utrumque fert linguae usus; alterum tamen artiori nexu et propius deum adficit.

1) Ita per σ simplex hic et post Paris. Moscov. cum Aldo et Hoppero, ex quibus servandi tenoris caussa recepi.
2) Venet. διτόχθονας.

narrationibus. His statim subiicit, opinionem receptam esse, Apollinem cum Themide oraculum istud condidisse, cum prodesse nostro generi vellet: atque utilitatem exprimit: nempe eum homines ad mansuetudinem et modestiam provocasse, dum aliis oracula edens vel mandaret aliquid vel interdiceret, alios omnino arceret. Haec (inquit) ipsum censent facere alii corpore adsumto, alii, quod suae voluntatis notitiam inderet.

§. 12.

Progressus deinde eo, ut de Delphis disputaret, quinam ii essent, ait, Parnasios quosdam indigenas priscis temporibus Parnasum habitavisse; quo

καθ' ὃν χρόνον [3] τὸν Ἀπόλλωνα, τὴν γῆν ἐπιόντα, ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπό τε τῶν [4] ἀνημέρων καρπῶν καὶ τῶν βίων, ἐξ Ἀθηνῶν [5] δ' [6] ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφοὺς, ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν, ἣ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι· γενόμενον δὲ κατὰ Πανοπέας, Τιτυὸν [7] καταλῦσαι, ἔχοντα [8] τὸν τόπον, βίαιον ἄνδρα καὶ παράνομον· τοὺς δὲ Παρνασίους, συμμίξαντας αὐτῷ, καὶ [9] ἄλλον μηνῦσαι χαλεπὸν ἄνδρα, Πύθωνα τοὔνομα, ἐπίκλησιν δὲ δράκοντα· [10] κατα- Phocis.

3) Abiecto articulo nomen posuit Moscov.

4) Casaubonn. Parif. et a prima manu Moscov. item edd. ante Casaubonum ἡμέρων, Venet. ἡμερῶν. In Vatic. quod ex conlatoris silentio suspicari licet, fuisse videtur ἀνημέρων, quod et altera manus scripserat in Mosc. et post recte dedit Casaubonus in hac obpositione, quae verbi usum facit etiam elegantiorem. Guarinus vertit: *e silvestribus fluctibus*, vitio exemplaris mei pro *fructibus*, uti post legitur in ed. 1494.

5) Inserui δ' ex Moscov. quod in hoc nexu aptius, Straboni etiam usitatius censeo.

6) Venet. ὁρμηθέντας, quod et prius haeserat in Moscov.

7) Ita, praeeunte etiam hic et alibi, uti lib. 6. p. 261. codice Mosc. scripsi pro καταλύσαι. Idem post feci in μηνῦσαι.

8) Articulum adiecit Casaubonus, in quo adiuvatur a Msstis.

9) Vatic. ἄλλον, uti Aldus, Hopperus, pro ἄλλων vulgo, quod invexit Xylander, propagavit Casaubonus.

quo tempore Apollo terras obiens homines ad morum placiditatem composuit, frugibusque uti et ratione victus mitioribus docuit: cum quidem ferunt eum ab Athenis Delphos proficiscentem ea perrexisse via, qua nunc Athenienses pompam ad Pythonem mittunt. Ibi cum ad Panopeos pervenisset, Tityum ab eo interfectum fuisse, qui eius loci dominus, violentus erat atque iniurius homo. Tum ad eum venisse Parnasios, aliumque intolerabilem detulisse hominem, Pythonem nomine, cognomento Draconem: quo

Phocis. [10] κατατοξεύοντος δ' ἐπικελεύειν [11] ἴε παιάν· ἀφ' οὗ

10) Ita omnes mei codices cum Casaubonianis pro κατατοξεύοντα, quod Aldo duce invaluit. Neque aliter Guarinum legisse, docet eius interpretatio: *quo sagittis debellato*, quam retinuit etiam Heresbachius. Nempe non sic Apollo, quod et mutatione facta volebat versio Xylandri, exclamare iussit, sed hoc Parnasiorum laeto clamore exceptus et incitatus est. Tum tota narrationis series et forma in Parnasiis subsistit, et idem, quae sequuntur, probant. Accedunt porro aliorum narrationes, quae docent, ita in pugnis acclamatum esse rem strenue gerentibus vel victoriam reportantibus, non ita ipsos exclamasse. Cf. Diodor. 13, 16. Hinc ἐπινίκιος παιάν apud Plutarch. in Romulo cap. 16. et Ἐνυάλιος apud Suidam Tom. 3. p. 65. ubi de utroque exponit. Denique hanc lectionem etiam confirmat Callimachus in Apoll. v. 97. ubi originem et caussam huius acclamationis eandem commemorat, etsi in adiunctis discrepans. Si quid mutari posse credebat Aldus, poterat reponi κατατοξεύοντι, ut concinniori et propiori nexu ad ἐπικελεύειν referretur. Sed talia passim in auctoribus obiici, exemplis propositis docuit d'Orville ad Chariton. 3, 2. p. 254. Cf. etiam Wolfius ad Demosth. in Leptinem p. 271.

11) Vulgo editiones ferunt ἴε παῖαν. Moscov. exhibet ἴε παιάν. Posterius etiam hoc accentu notat Paris. Utrumque recte scribitur in Moscov. etsi Stephanus ad Callimach. in Apollin. v. 21. cum aspero spiritu malit, et tres imperativi formas ab ἵημι recenseat, ἵη, ἵει et ἵε, quarum tamen postremae ipse non multum tribuit, adeo ut vix eam tueri aliquem posse moneat. Conferri tamen potest Clearchus apud Athenaeum 15, 20. p. 701. Sic ἵη in Callimachi loco habet Cod. Vossii. At auctores cum spiritu leni emittunt, etsi forma, poëtae in primis, differunt, veluti ἰὴ παιῆον, (Callimach. in Apollin. v. 21. et 97.) ἰηπαιήον' ἀείδειν, (Homer. in Apollin. v. 517.) ἰηπαιήονα Φοῖβον. (Apollon. Rhod. 2, 702.) Ipse etiam Casaubonus ἰὴ παιὰν dedit in Athenaeo 15, 16. p. 696. f. et alibi. Sed vid. Spanhem. ad Callimach. in Apollin. v. 21. et 25. Ἴε notum, i. e. βάδιζε, πορεύου, uti exponit Hesychius. Consuli tamen de origine et caussa huius acclamationis praeter Callimachum supra

quo sagittis debellato acclamasse, Iie Paean: atque hinc

οὗ τὸν παιανισμὸν οὕτως ἐξ ἔθους παραδοθῆναι τοῖς μέλλουσι συμπίπτειν εἰς παράταξιν· ἐμπρησθῆναι δὲ καὶ σκηνὴν τότε τοῦ [12] Πύθωνος ὑπὸ τῶν Δελφῶν, καθάπερ καὶ νῦν ἔτι καὶ ἀεὶ ὑπόμνημα [13] ποιουμένους τῶν τότε γενομένων. Τί δ' ἂν εἴη μυθωδέστερον, ἢ Ἀπόλλων τοξεύων, καὶ κολάζων Τιτυοὺς, καὶ Πύθωνας, καὶ ὁδεύων ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Δελφοὺς, καὶ γῆν [14] πᾶσαν ἐπιών; Εἰ δὲ ταῦτα μὴ Phocis. P. 423.

Kk 5 [15] ὑπε-

ſupra memoratum in Apollin. v. 97. in primis poteſt Clearchus apud Athenaeum c. l. ubi de immutatione eius formulae etiam expoſuit. Videtur Strabo communem et receptum uſum reddidiſſe. De voce παιὰν, ut Ἀλκμὰν, Ἀμυθὰν, vid. Euſtathius ad Homer. Il. 22, 391. p. m. 1397.

12) Ante Caſaubonum legebatur Πυθῶνος, uti etiam nunc in Scholiis Pindari in argumentum Pythiorum. Accuratiores tamen ex Grammaticorum praeceptis, (v. Etymol. M. p. 696. h. v.) ut genere hoc verbum differt, ita etiam accentu ſic diſtinguunt, ut Πύθων de ſerpente et hominibus dicatur, Πυθὼν de urbe. Vid. Politus ad Euſtathium in Homerum T. 2. p. 561. Heyne ad Apolloder. p. 44. Hinc recte Caſaubonus poſuit Πύθωνος.

13) Caſaubonn. ποιουμένοις, quem caſum etiam expreſſit Guarinus; Vatic. Pariſ. Moſcov. ποιούμενος. Alii cum editionibus ποιουμένους, ut pendeat a repetito verbo ἐμπρῆθειν, nempe καθάπερ — ἐμπρῆθειν — ὑπόμνημα ποιουμένους.

14) Pariſ. facta alia diſtinctione ſic legit: πᾶσαν· ἐπιὼν δέ. Vatic. πᾶσαν. Ἐπὶ ὢν δὲ ταῦτα. Vulgata recte habet et ſuperioribus ſtabilitur.

hinc pugnam inituris conflicturisque iam hunc morem receptum, perque manus traditum, ut Paeana conclament: tum quoque incenſum fuiſſe a Delphis tabernaculum Pythonis: cuius rei memoriam hodieque renovent. At enim quid fabuloſius dici poteſt, quam Apollo arcu feriens, Tityosque et Pythones ſuppliciis adficiens, proficiſcensque Athenis Delphos, et totam obambulans terram? Quod ſi haec non

Phocis. [15] ὑπελάμβανε μύθους εἶναι, τί ἐχρῆν τὴν μυθευομένην Θέμιν γυναῖκα καλεῖν; τὸν δὲ μυθευόμενον δράκοντα, ἄνθρωπον; πλὴν εἰ συγχεῖν ἐβούλετο τόν τε τῆς ἱστορίας καὶ τὸν τοῦ μύθου [16] τόπον. [17] Παραπλήσια τούτοις καὶ τὰ περὶ τῶν Αἰτωλῶν εἰρημένα. Φήσας γὰρ ἀπορθήτους αὐτοὺς ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου, τοτὲ μὲν Αἰολέας φησὶν [18] οἰκῆσαι τοὺς

15) Ὑπελάμβανε et ὑπελάμβανον iuxta posita exstant in Paris. et Moscov. At subest Ephori narratio, ex qua forma diiudicatur.

16) Casaubonus ex veteribus quibusdam et Xylandro refert τρόπον. De Xylandro quidem falso, quippe qui vere dedit τοῦ μύθου τόπον. Utriusque verbi solemnem quasi commutationem docere possunt Menagius ad Diogen. Laert. 9, 79. p. m. 452. Rhodomanus et Wesseling. ad Diodor. 1, 57. hic etiam ad 3, 69. f. Schweighaeuser. ad Polyb. 4, 70, 9. et alibi cum aliis. Idem in nostro passim observatur, veluti lib. 8. in. Casaubonus reiecta voce τρόπον tuetur τόπον. Tyrwhittus in coniecturis in Strabonem p. m. 33. etsi utrumque ferri posse largitur, Strabonem tamen potius τύπον scripsisse existimat. Eleganter sane et acute, ut solet, etsi sine codicum suffragiis, qui omnes τόπον praescribunt, in coniecturis contineri debet. Τόπον ex superiori narratione, facta cum aliis aliorum comparatione, aliquatenus intelligitur, cum proprie latius pateat reprehensio. Τόπος enim saepe est, de quo agitur, disputatur. Cf. Casaubon. ad Diogen. Laert. 7, 189.

17) Casaubonn. Παραπλήσια τούτοις εἴρηκε καὶ — quae etiam reddidit Guarinus. Vatic. Paris. Παραπλήσια τούτοις . . . . . καὶ τά.

18) Moscov. οἰκίσαι. Notum. Idem in sequ. τότε pro τοτέ. Cf. ad p. 441.

non putavit esse fabulas, quid sibi voluit, quod fabulis vulgatam Themidem mulierem vocat, fabulosum draconem nomine hominis adficit? nisi quod confundere modum historiae cum fabulis voluit. Eiusdem sunt modi etiam quae de Aetolis dixit: quos cum adseruisset nunquam fuisse devastatos: aliquando dicit Aeolenses ibi habitasse eiectis

τοὺς κατέχοντας βαρβάρους ἐκβαλόντας, τοτὲ δ' Αἰτωλὸν μετὰ τῶν ἐξ Ἤλιδος Ἐπειῶν· [19] τούτους δ' ὑπ' ἀλλήλων . . . . τῶν ἐχθρῶν· τούτους δ' ὑπ' Ἀλκμαίωνος καὶ Διομήδους. [20] Ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τοὺς Φωκέας. Phocis.

§. 13.

19) Desunt haec ad alterum τούτους in Veneto, ab ὑπ' ad τῶν ἐχθρῶν in Casaubonn. Paris. Moscov. credo etiam in Vatic. Tantum Paris. ex hoc naufragio servavit syllabam ἀλ. totum vocabulum ἀλλήλων Casauboniani. Guarinus cum editionibus eandem lacunam reliquit. Casaubonus locum corruptum sic constitui posse censet, ut pro ὑπ' ἀλλήλων legatur, ὑπ' Αἰολέων vel ὑπ' Ἀκαρνάνων, quos ἀεί ποτε Aetolis inimicos fuisse testetur Pausanias, etsi nihil adfirmare velit. Innuit autem Pausaniae locum 4, 35, 2. Eandem ex Ephoro narrationem retractat Strabo lib. 10. p. 464. sq. ita tamen, ut ab hac parte parum inde lucis adfundatur. Summa autem narrationis, si quis disiectas ex Strabone partes colligat, huc redit: Aetoliam olim tenuerunt Curetes, quibus victis et exactis Aetolus ex Elide illam regionem adgressus, imposito Aetoliae nomine occupavit; (lib. 10. p. 464. cf. et Scymnus Chius v. 474. sqq.) Epei, expeditionis socii, adiunctis postea Aeolensibus in Aetolia manserunt; (Strabo c. l.) Alcmaeon cum Diomede Aetoliam tenuit (lib. 7. p. 325. f. ex Ephoro) quam tamen postea Diomedi tradidit, ipse in Acarnaniam concessit. (lib. 10. p. 462. itidem ex Ephoro.) In sequentibus (p. 465.) tamen Strabo addit, Aeolas ex Pleuronia s. Curetide Curetas eiecisse. Ex quibus demum efficit, parum sibi Ephorum constitisse. Tum vero, ut ordine instituto procedat, τοὺς δὲ referendum videtur ad Aeolas, posterius ad Epeos et Eleos, quae quidem iactaverat Ephorus. Τὸ ἀλλήλων obscurum est et alienum ab ea parte, quam respicit. Facilius verbum ἐκβληθῆναι vel ἐξελαθῆναι subpletur, quod tamen rem non conficit.

20) Gem. Pletho haec substituit: Ἀλλ' ἰτέον ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς περιήγησιν.

eiectis barbaris, alias Aetolum cum Eleis Epeis: illos vicissim mutuis inimicitiis ortis sese profligasse: tandem ab Alcmaeone et Diomede occupatam fuisse Aetoliam. Sed ego ad Phocidem revertor.

§. 13.

Phocis.

§. 13.

Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν [1] Ἀντίκιῤῥαν πολίχνιόν ἐστιν ὄπισθεν ὁ [2] Μάραθος· εἶτ' ἄκρα Φαρύγιον ἔχουσα ὕφορμον· εἶθ' ὁ λιμὴν [3] ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς ἀπὸ τοῦ [4] συμβεβηκότος, ὑπὸ [5] τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος. Οὐδ' αἱ [6] Ἀβαὶ δὲ τὸ μαντεῖον [7] ἄπω-

1) Vatic. Parif. Mofcov. Ἀντίκυραν. Retinui Ἀντικίῤῥαν, de cuius fcriptura dictum eft fupra ad p. 418.

2) Cafaubonn. Vatic. Parif. Mofcov. Μάραθος vel Μαραθός. Uti monet Palmerius in Gr. ant. 6, 7. p. 611. Niger [in Geographiae commentario 11. p. 303.] in Strabone legit Μαραθοῦς, quod et ipfe melius cenfet. *Marathus* etiam habet Guarinus, unde fua de Strabone petere folet Niger. Certe Μαραθών, fi rem fpectes, nimis hinc diftat, quam ut huc referri poffit, et, licet cognominem urbem in Phocide fuiffe aliquis contendat, quam quidem nemo novit, non tamen temere codices Μάραθος fcripfiffe videntur. Forte eadem fuit Stephani, qui, cum Acarnaniae tribuat, crucem fixit viris doctis, qui etiam pro Ἀκαρνανίας correxerunt Ἀρκαδίας, uti, Berkelio tefte p. 535. Gronovius ad Polybium [4, 9.] cui fententiae adhaefit etiam Schweighaeuferus ad eundem 5, 68, 7. Quidquid eft, malui tot bonos codices fequi et Μάραθος inde repetere, quod ab aliis et Aldo in notius Μαραθών mutatum facile transiit.

3) Vatic. ἴστατοι.

4) Mofcov. συμβεβηκότοι.

5) Articulum addidit Cafaubonus, nec fine libris.

6) Mofc. praecipit Ἄβαι, quo in loco accentus etiam conftantem occupat fedem apud Stephanum h. v. et f. Τέγυρα, Paufaniam 4, 32, 5. 10, 3, 2. 35, 1, et 2. Vid. quae monuerunt

§. 13.

Statim in ora maritima poft Anticirrham oppidulum a tergo eft Marathos. Deinde promontorium Pharygium, quod ftationem habet navium. Poftea extremus portus, Mychus ille, de quo diximus, nomen ei ab eventu effe, fub Helicone et Afcra fito. Neque longe ab iftis locis abfunt

[7] ἄπωθεν τῶν τόπων τούτων ἐϛὶν, οὐδ' ἡ [8] Ἄμβρυσος, [οὐδ' ὁ Μεδεὼν] ὁμώνυμος τῇ [9] Βοιωτικῇ. [10] Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολί- Phocis.

runt Euſtathius ad Homer. Il. 2, 542. p. m. 211. Sylburg. ad Pauſan. 4, 32. p. m. 360. Weſſeling. ad Diodor. 16, 38. et in primis Berkelius ad Stephanum ſub h. v. Sic Ἄβαι praeterea Herodot. 1, 46. et alibi, Lycophron v. 1074. Heſychius h. v. ſcribunt cum aliis. Uſus tamen in his receptus poſtulat, ut ſcribatur Ἄβαι, βαρυτόνως, Ἀβαί, ὀξυτόνως, ut Πλάταια et Πλαταιαί, et ſexcenta alia. Adtigit idem etiam Euſtathius c. l. et libros aliquos in Sophocle ita efferre monuit.

7) Aldus ἄποθεν, uti ſolet. Cf. ad p. 406. m.

8) Inter Ἄμβρυσος et ὁμώνυμος lacuna adparet relicta in Pariſ. Moſcov. et Vatic. 174. ita tamen, ut duo priores in eius exitu ſervarint particulam vocis δεών. Sine ullo lacunae indicio continuaque ſerie Vatic. 173. et edd. ante Caſaubonum connectunt Ἄμβρυσος cum verbis ὁμώνυμος τῇ Βοιωτικῇ, quod et fecit Guarinus. At tum obiicitur difficultas, quod nulla hoc nomine urbs in Boeotia usquam commemoratur; quare aliud nomen evanuiſſe cenſet Palmerius in Gr. ant. 6, 13. p. 643. Recte. Ex eius vero quaſi cineribus exſilit Μεδεών, qualis et in Phocide fuit et in Boeotia, ſitu etiam ſuperiorum locorum viciniae accommodato. De utraque ex multis conſuli poteſt ipſe Strabo ſupra p. 410. Locus igitur truncatus ita commode inſtaurari poteſt: οὐδ' ὁ Μεδεών. Quod cum quam proxime ad verum accederet, non dubitavi illa verba, uncis tamen adpoſitis, inſerere.

9) Vatic. 174. Pariſ. Moſcov. Βοιωτιακῇ, de qua forma promiſcue adhibita aliquoties monitum eſt. Ceterum verba haec ὁμώνυμος τῇ Βοιωτικῇ plane deſunt in Ven. et Gem. Plethone.

10) Moſcov. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν τῇ μεσογαίᾳ. Eadem etiam leguntur in Vatic. tantum quod poſt ἐν repetitur δὲ, ſic: Ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ. Forte hoc modo progreſſus eſt ad verba: Ἔϛι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ μάλιϛα, p. 424. in.

ſunt Abae, quod eſt oraculum: et Ambryſus, [et Medeon] eiusdem cum Boeotica urbe nominis. Iam in mediterraneis ferme verſus ortum ſolis a Delphis oppidulum eſt Daulis: ubi

Phocis. πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾶκά φασι δυναστεῦσαι, καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι, [11] ὡς Θουκυδίδης· ἄλλοι δ' ἐν Μεγάροις φασί·

11) Parif. Mofcov. Ven. μυθεύουσι· Θουκυδίδης δ' ἐν Μεγάροις φησὶ, ceteris omiffis. Nec aliter legunt Aldus, Hopperus, Xylander, idemque expreffit Guarinus. De Vatic. et Gem. Piethone nihil adfertur, quare in recepta Cafauboni lectione eos confenfiffe fufpicor. *Tzfchucke.* Haec [quae antea commemoravi, Tz] liquido falfa intelliges, fi lib. 2. Thucydidis [cap. 29.] intuearis. Ego monere poffum, corrigere vel non poffum, vel non audeo. *Xylander.* Nos locum ex vett. libris fic reftituimus: μυθεύουσι, ὡς Θουκυδίδης· ἄλλοι δ' ἐν Μεγάροις φασί. Vulgata lectio Straboni magnam negligentiae notam inurit, quum Thucydides difertiffime dicat, in Daulide id factum, idque etiam auctoritate poetarum probet, a quibus, inquit lib. 2. cap. 29. ἐν ἀηδόνος μνήμῃ Δαυλιὰς ἡ ὄρνις ἐπωνόμασται. *Cafaubonus.* Vulgatam ante Cafaubonum lectionem in libris etiam fuis Euftathium inveniffe, docent ea, quae hinc ad Homer. Il. 2, 520. p. m. 207. fummatim quidem refert fic: ἐκεῖ μυθεύονται γενέσθαι, ἢ καὶ ἐν Μεγάροις κατὰ Θουκυδίδην. De loci corruptione iam olim monuiffe doctos viros, et de eius emendatione cogitaffe, adparet ex nota Hermolai Barbari ad Plin. 10, 24. f. 34. p. 221. ed. Bafil. ubi fcribit, Domitium Straboni patrocinantem putare depravatam effe lectionem, quae dicat: *Thucydides vero Megaris rem geftam fcribit*, atque ita reftituendam, ut verbum Thucydides ad fuperiorem claufulam pertineat in hunc modum: Quae de Philomela Progneque dicuntur, a poetis in Daulide patrata fabulantur, ut ait Thucydides; alii Megaris id factum fcribunt. Hermolaus tamen, qui verba ad eum fenfum extorqueri poffint, fe non videre ait. Nempe prout olim verba ferebantur; quare etiam potius hallucinatum effe contendit. At recte locum reparavit Cafaubonus, probante etiam Polito ad Euftathium in Homerum T. 2. p. 563. Accedunt praeterea alii auctores, in quibus Paufanias

ubi ferunt, Tereum illum Thracem dominatum fuiffe, eodemque fabulam de Procne et Philomela referunt, uti Thucydides; Megara alii locum rei, quae narratur, adfignant.

φασί· τοὔνομα δὲ [12] τῷ τόπῳ γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δ' ὕστερον [13] Δαυλίαν. Καὶ τὸ, Phocis.

[14] Οἱ

sanias 10, 4, 5. conf. 1, 41, 8. Hinc Δαυλιὰς ἡ ὄρνις a poetis dicitur, notante ipso Thucydide c. l. Sic Δαυλία κορώνη pro ἀηδὼν apud Hesychium, Suidam, Etymologici M. auctorem, Zenobium 3, 14. Vid. ad Hesychium T. 1. p. 894. Mirum igitur, qui post certam eam Casauboni emendationem Wasse ad Thucydidem c. l. scribere potuerit, Strabonem Thucydidis locum aut non intellexisse, aut depravatis exemplaribus usum esse.

12) Sic pro τοῦ τόπου, quod debetur Aldo, volunt Moscov. Paris. Vatic. Ven. Medic. quibus, etsi et alterum stare posset, dedi.

13) Nihil mutant codices. At, si Eustathium audias ad Homer. Il. 2, 520. p. m. 207. scribendum videatur Δαύλειαν. Ita enim ille, οἱ δὲ ὕστερον, inquit, Δαύλειαν αὐτήν φασι προπαροξυτόνως καὶ διὰ δίφθογγον, cuius testem producit Stephanum. Ex Pausania tamen etiam alteram scripturam profert. Sic Stephani fide per ει in nostro scribendum esse censet etiam Berkelius p. 290. Contra Holstenius ad Stephan. p. 93. a Stephano Strabonem esse expressum arbitratur, qui scribat Δαυλίαν. Certe Δαυλίαν Homero posteriores scribunt plures, e quibus Sophocles in Oedipo tyr. v. 733. Thucyd. 2, 29. Conon narrat. cap. 31. Apollodor. 3, 14. f. Sua adeo aetate Δαυλίαν editam fuisse hanc urbem adfirmat auctor Etymol. M. s. v. Δαυλὶς, nec aliter effert Hierocles in Synecdemo p. 643. Zenobius adagior. centur. 3. n. 14. qui tamen etiam habet Δαυλίς. Raro Δαύλεια reperitur, veluti in Plutarcho de oraculorum defectu p. 722. (Vol. 7. Lips.) Sed cf. Meursius de regibus Athen. 2, 4. et 5. Politus ad Eustathium in Homer. T. 2. p. 563. qui vitiosum Stephani codicem censet. Sic Δαύλιον, et hinc Δαυλιεὺς, Δαυλιός, Δαυλιὰς, Δαυλίδιος.

signant. Loci nomen videtur ductum a densitate: quod Daulos vocarent olim loca stirpibus consita. Porro quam Homerus Daulidem vocat, posteriores Dauliam dixerunt. Illud vero,

Qui

Phocis. [14] Οἱ Κυπάρισσον ἔχον. — δέχονται διττῶς· οἱ μὲν ὁμωνύμως τῷ φυτῷ, οἱ δὲ παρωνύμως, κώμην ὑπὸ τῇ [15] Λυκωρείᾳ.

§. 14.

Πανοπεὺς δ' ὁ νῦν Φανοτεὺς, ὅμορος τοῖς περὶ [1] Λεβάδειαν τόποις, ἡ τοῦ Ἐπειοῦ πατρίς. Καὶ τὰ περὶ [2] Τιτυὸν ἐνταῦθα μυθεύουσιν. Ὅμηρος δέ φησιν, ὅτι οἱ Φαίηκες τὸν [3] Ῥαδάμανθυν εἰς Εὔβοιαν

14) Deest οἱ in Parif. et Mofcov. item in edd. Aldi et Hopperi. Ceterum Gem. Pletho loci formam contrahit, dum pro verbis: Καὶ τὸ — Λυκωρείᾳ dat τὴν δὲ Κυπάρισσον κώμην δέχονται ὑπὸ τῇ Λευκωρείᾳ.

15) Parif. Mofc. Λευκωρίᾳ, uti Aldus et Hopperus. Sed auctores conftanter fervant ει, veluti Paufanias 10, 6, 2. Stephanus h. v. Tantum Plutarchus de Pythiae oraculis in. Λυκουρίᾳ, et in codice Vulcobii, notante Holftenio ad Stephan. p. 193. Λυκωρίᾳ.

1) Venet. Λεβανδίαν. Euftathius ad Homer. Il. 2, 520. p. 308. in. περὶ Λεβάδειαν hinc commemorat. Utraque fcripturae ratio per ει et ι in auctoribus obverfatur. V. plura fupra ad p. 413.

2) Praemiffo articulo Vatic. Mofc. Tum iidem cum Parif. fubiiciunt δέ.

3) Editio Cafauboni altera ad Amftelodam. transmifit Ῥαδάμανθον· antea Ῥαδάμανθυν legebatur, quod et praeeunt codices et cum Strabone frequentant alii auctores, etfi paffim etiam ita codices variant, veluti in Diodoro 5, 78.

Qui Cypariffon habent. — dupliciter exponunt. Sunt enim, qui vocem a cupreffo deducant: alii a Cypariffo quodam pagum dictum malunt fub Lycoreia fitum.

§. 14.

Panopeus, qui Phanoteus nunc ufurpatur, vicinus eft locis circum Lebadiam fitis; patria Epei. Ibi fabulae etiam Tityum collocant. Homerus autem dicit, Rhadamanthum a Phaeacibus in Euboeam

βοιαν ἤγαγον, [4] ὀψόμενον Τιτυὸν γαιήιον υἱόν· καὶ Phocis.
[5] Ἐλάριον τὶ σπήλαιον ἀπὸ τῆς Τιτυοῦ μητρὸς Ἐλάρας δείκνυται κατὰ τὴν νῆσον, καὶ ἡρῷον [6] τοῦ Τιτυοῦ, καὶ τιμαί τινες. Πλησίον δὲ [7] Λεβαδείας καὶ ἡ [8] Τραχὶν, ὁμώνυμος τῇ [9] Οἰταίᾳ, [10] Φωκι-

4) In Homeri loco, quem respicit, Odyss. 7, 324. legitur ἐποψόμενον.

5) Vatic. Paris. Moscov. Ἐλεαίριον, Ven. Ἐλαίριον, Medic. a prima manu Ἐλάριον, a secunda Ἐλέριον, Guarinus *Elea*. Vera scripturae forma unice diiudicari debet ab eius etymo, proxime adposito, unde pendet. Nam etsi et hoc varie corrumpi docent Scholia ad Homer. Odyss. 7, 324. (in quibus Ἐλάρα corrupte exstat) et codices Apollodori 1, 4, 1., Ἐλάρα tamen exhibent meliores Apollodori et teste Barnesio codex Aloysii in scholiis Homeri, quibuscum consentit Eudocia in violario p. 145. (in Villois. anecd. Gr. V. 1.) quae tantum Ionice scribit Ἐλάρη, uti etiam Scholiastes Apollonii ad 1, 761. Cf. Etymol. M. p. 60, 37. s. v. Ἀλέρα, et Heyne ad Apollodor. p. 43. Ita vero Ἐλάριον probari potest, cuius corruptionem paullatim consecutam declarant nostrorum codicum lectiones; genuinam formam servavit Cod. Med. et expressit versio Penzelii, ut antea Xylandri. Reposui igitur nunc pro Ἐλεήριον, uti exstabat in edd. omnibus.

6) Articulum addidit Casaubonus.

7) Sic Moscov. Vulgo Λεβαδίας, uti exstat in Paris. etiam.

8) Paris. Moscov. Τραχὴν, ex promiscua utriusque literae elocutione.

9) Moscov. Θηταίᾳ, Guarinus etiam *Theteae*, Ven. Θηέᾳ. Vitiata haec esse patet. Diserte Stephanus Τραχὶς ὑπὸ τὴν Οἴτην,

boeam fuisse deductum, ut viseret Tityum terrae filium: inque ea insula ostenditur spelunca Elaria, ab Elara nomen habens Tityi matre, et sacellum Tityi, eiusque cultus nonnulli. Prope Lebadiam Trachin est, Phocicum oppidulum, eiusdem cum Oetaea Tra-

Phocis. [10] Φωκικὴ πολίχνη· οἱ δ᾽ ἐνοικοῦντες [11] Τραχίνιοι λέγονται.

§. 15.

Οἴτην, et hinc Thessaliae urbem facit. Guarini *Theteae* iam Heresbachius recte in *Octaeae* mutaverat. Nempe Θ et O in libris passim commiscentur, de quo cf. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 251. et 627. et η et ι eam sortem saepe ferunt.

10) Moscov. in dativo dat Φωκικῇ. Sylburgius ad Pausaniam 10, 3. p. m. 804. dum Strabonis haec verba ita sistit: Τραχὶν, ὁμώνυμος τῇ Οἰταίᾳ, Φωκικὴ πολίχνῃ, notandum censet, quod in adpositione πολίχνῃ, datiuo casu, scribatur, (nempe ita veteres editiones volunt) at Φωκικὴ nominativo, (etsi et hoc in dativo effertur) ut ambiguum sit, utro modo scripserit Strabo, Φωκικὴ πολίχνη, an Φωκικῇ πολίχνῃ. Priorem scripturam reddidit in versione Xylander. In versione Guarini sic legitur: *Trachin civitas Theteae nomine similis Phocensi.* Gem. Pletho Τραχὶν, Φωκικὴ πολίχνη, ὁμώνυμος τῇ Μαλιακῇ. Ex quo adparet, quomodo verba ceperit, uti et ipsa vis et ratio narrationis declarat et Strabonis in distinguendis eiusdem nominis urbibus consuetudo. Nempe duae fuerunt Trachines, Phocica et Oetaea. Distinctione locum magis adiuvi, quae post Οἰταίᾳ vulgo aberat.

11) Casaubonus ex libris suis enotavit Τραχίννιοι et Τραχίνδιοι. Ex meis Vatic. Paris. Moscov. Ven. habent Τραχίδιοι, ex editis Aldus, Hopperus Τραχίνδιοι. Xylander recte posuit Τραχίνιοι, quod etiam dat Gem. Pletho et Guarinus; forma nota. Casaubonus tamen Aldi Τραχίνδιοι in Τραχιναῖοι forte mutandum putat, quia Stephanus agnoscere id videatur. Equidem τὸ δ temere potius irrepsisse existimo. Etsi enim A et Δ formis maioribus expressa librariorum negligentia, quod crebro usu accidit in A et Λ, commisceri posse concedo, desidero tamen exemplum, cui Stephani fides superstruatur. Neque tamen nego, causam subesse, cur Strabo gentile commemoret.

Trachine nominis; incolae Trachinii dicuntur.

§. 15.

§. 15. Phocis.

Ἡ δ' Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος [1] πάθους· καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος [2] Κατοπτήριος χῶρος, κρημνός τις ἀπὸ τοῦ Παρνασοῦ διήκων. Ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν [3] καὶ Φωκέων, ἡνίκα ἀπέστησαν τοὺς Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐπέτρεψαν [4] καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι· p. 424. τινὲς δὲ [5] Ἀνεμώλειαν καλοῦσιν· εἶθ' Ὑάμπολις [6] μετὰ ταῦτα [7] ἐκλήθη ὑπό τινων, εἰς ἣν ἐκ Βοιωτίας ἐκπε-

1) Omittit hanc vocem Stephanus, qui sub Ἀνεμώρεια nostrum locum, etsi subpresso Strabonis nomine, repetit. Accuratius, hic quidem, versatus est Eustathius ad Homer. Il. 2, 521. p. m. 208.

2) Minus vere reddit Stephanus Κατοπτήριον χωρίον. Eustathius cum nostro in hac forma congruit, etsi reliqua suo more et cum augmento effingit: Κατοπτήριον χωρίον, ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν. Ita vero discitur, ex quo fonte in Xylandri versionem manaverint verba *dies noctesque*, quae nunc expuli.

3) Moscov. Δελφῶν τε καὶ Φωκέων.

4) Moscov. κατ' αὐτούς. Sed cf. lib. 8. p. 380. f. 274.

5) Casaubonn. Vatic. Paris. Moscov. Ἐμώλειαν. Alterum cum Eustathio, Guarino et editionibus habent reliqui.

6) Vatic. τὰ μετὰ ταυθ', Mosc. τὰ μεταῦθ'.

7) Casaubonn. Vatic. Paris. Mosc. subnectunt ὑπό τινων, quod

§. 15.

Anemorea nomen habet ab eventu: nam procellae ventorum in eam decumbunt a Catopterio: quod est praecipitium huc a Parnaso pertingens. Is locus finis fuit Phocensium et Delphorum, quo tempore Lacedaemonii Delphos a corpore Phocensium separaverunt, et seorsum remp. habere suam iusserunt: sunt, qui Anemoliam appellent: postea Hyampolis a quibusdam nominata est, eiectis in eam e Boeotia Hyan-

Phocis. ἐκπεσεῖν τοὺς Ὕαντας ἔφαμεν. Ἔστι δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ

quod vulgo abeſt, ſed a Guarino etiam additur. Pro ἐκλήθη Euſtathius ad Homeri c. l. interpretem, non teſtem, agens hinc refert μετωνομάσθη. At totius loci fidem impugnat non ſolum, ſed et mutilam narrationem cenſet Schoenemannus de Geographia Homeri p. 62. Primum enim, ita fere inquit, quorſum referendum εἶθ'? Deinde Ἀνεμώρεια ſerius adeo nomen videtur, quia Hyantes diu ante Homerum a Cadmeis expulſi ſunt. Cf. Strabo ſupra p. 401. f. Nec reliquias aliquas Strabo intelligere potuit poſt Cadmeorum adventum, expulſas deinde a Boeotis ex Theſſalia redeuntibus, cum utriusque loci Homerus iam meminerit. Hinc forte ſic legi poſſe iudicat: εἶθ' ἣ μετέπειθ' Ὑάμπολις ἐκλήθη (i. e. uti explicat, Hyantum πόλις primum adpellata. Cf. Pauſan. 10, 35, 4.) εἰς ἣν — ἔφαμεν. Ἔστι μὲν καὶ ἐν τῇ μεσογαίᾳ τις· αὕτη δὲ πλησίον — Ὑαμπόλεως. Caſaubonus etiam ſuſpectae fidei codices eſſe iudicat, nec melioribus uſum eſſe Euſtathium. Pinedo ad Stephanum p. 82. putat, Strabonem miſcuiſſe, quae ab Homero ſecernantur, atque hinc illi gravem errorem in re manifeſta admiſſum obtrudit. Euſtathius contra tres ex hoc loco Hyampoles excitat, 1) Homericam, 2) quae prius dicta fuerit Anemorea, 3) Parnaſiam. Quod quidem non patitur Politus in Euſtathium Tom. 2. p. 565. ſed evincere ſtudet, utramque a Strabone ſecerni et duas omnino commemorari, quarum Parnaſſia ſit Homeri ab Hyantibus condita. (Cf. Strabo p. 401. f.) Nempe Hyantas ex Boeotia expulſos non omnes in unum Phocidis locum conveniſſe, ſed alios Anemoream, quae hinc Hyampolis mutato nomine dicta fuerit, conceſſiſſe, alios Parnaſiam condidiſſe; utriusque etiam diverſum ſitum monſtrari. At cum prolixior ſit eius de hac re diſputatio, quam ut haec area capiat, adeant eam ipſi, qui plane cognoſcere velint, ſi forte magis iis, quam mihi, perſuadeat. Duas etiam contra Euſtathium Hyampoles agnoſcit Palmerius in Gr. ant. 6, 15. p. 659. ita tamen, ut artius inhaerens Strabonianis

Hyantibus, ſicut dictum eſt. Sita eſt in maxime mediterraneis,

γαία μάλιστα καὶ αὕτη πλησίον τῶν [8]Παραποταμίων, ἑτέρα οὖσα τῆς ἐν Παρνασῷ Ὑαμπόλεως. Phocis.

§. 16.

Καὶ [1]Ἐλάτεια, ἡ μεγίστη πόλις τῶν Φωκικῶν, ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ οἶδε· νεωτέρα γάρ ἐστι τῆς ἡλι-

nianis verbis unam etiam de Anemorea intelligat, quae ita post vocata fuerit, vel adeo vicina, ut cum ea coaluerit; situm Parnasiae difficulter constitui posse ob latum Parnasi spatium existimat. Neque tamen, quae de utriusque situ ex auctoribus congessit, ad dirimendam dubitationem comparata sunt. Leniorem medelam et in posteriori quidem parte efficaciorem admovet Schoenemannus; nam prior pars parum huc valet, nec alia dat mutatis verbis, ac Strabo habet vulgatus. Ut paucis, quae mihi nunc videantur, complectar, Strabo aperte duas eiusdem nominis urbes facit, Parnasiam unam, in vicinia alteram. Ex more, quo de situ descriptionem subnectere solet, verba, ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα, spectant Anemoream etiam vocatam, eaque Hyampolis etiam indicatur prope Parapotamios ab Herodoto 8, 33. reliqua diversam Hyampolin in ipso Parnaso sitam. Tum stare potest discrimen inter Anemoream et Hyampolin ab Homero factum. An vero recte de Anemoreae mutato nomine exposuerit, disquiri hic ulterius et prolixius nequit. Ipse tamen error, si quis subest, a Strabone depellitur, si cum libris adieceris ὑπό τινων, quod feci. Tum in sequentibus praeeunte Ven. et edd. ante Casaubonum abesse hic possit οὖσα.

8) Moscov. Παροποτάμων. Pro Ὑαμπόλεως Casaubonn. Paris. Ὑαμπείας, Vatic. Ὑάμπεια.

1) Articulum addunt Vatic. et Moscov. Post pro ἐκείνου Vatic. Moscov. Ven. substituunt ἐκείνης. Neque tamen movenda est vulgata.

raneis, eademque propinqua Parapotamiis: alia est ad Parnasum Hyampolis.

§. 16.

Elatea vero maxima Phocidis urbium est, Homero ignorata: nam post eius demum aeta-

Phocis. ἡλικίας ἐκείνου· ἐπικαιρίως δ' ἵδρυται πρὸς τὰς ἐκ τῆς [2]Θετταλίας εἰσβολάς. Δηλοῖ δὲ τὴν εὐφυΐαν ταύτην καὶ Δημοσθένης, φράζων τὸν θόρυβον τὸν γενηθέντα Ἀθήνησιν αἰφνιδίως, ἐπειδὴ ἧκέ τις ἀπαγγέλλων ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται.

§. 17.

Παραποτάμιοι δ' εἰσὶ κατοικία τις ἐπὶ τῷ [1]Κηφισ-

2) Paris. edd. Aldi, Hopperi θαλάσσης, Vatic. θαλάττης, et sic Guarinus vertit: *contra maritimas incursiones.* Reliqui Θετταλίας, uti Casaubonus reposuit, vel, ut Xylander, Θεσσαλίας. Ex scribendi compendio vitium subnatum esse, patet. Procul enim nimis distabat a mari, quam ut hunc usum praestaret. Immo in mediterraneis sitam fuisse docet vicinia Parapotamiorum, quam noster supra p. 407. aperte adtigit; Parapotamios autem paullo ante ἐν τῇ μεσογαίᾳ positos declarat. Cf. etiam de situ Pausan. 10, 34. in. et Ptolemaeus 3, 15. qui diserte mediterraneis adtribuit. Accedit denique Herodotus 8, 33. qui narrat, Thessalos facta irruptione iuxta Cephissum amnem peragrasse Phocidem et urbes finitimas devastasse. Cephissus autem per Phocidem delapsus Boeotiam petebat et in Copaidem lacum emittebatur, uti supra docuit Strabo p. 407. in. Eadem via Phocidem adortus Philippus Elateam cepit. Cf. Demosth. pro corona p. 278. Lips. Quam vero saepe nomina propria in adpellativa transeant, notum est, et in Mela plurima exempla probant. Ita vero infra p. 430. pro Θετταλιῶτις codices dant θαλαττιῶτις.

aetatem condita fuit; opportune admodum sita est adversus impressiones, quae fieri e Thessalia possent: quam situs commoditatem etiam Demosthenes expressit, narrans tumultum subito Athenis ortum, cum ad Prytanes nuncius venisset, captam esse Elateam referens.

§. 17.

Parapotamii vicus est in ripa Cephissi,

[1]Κηφισσῷ ἱδρυμένη πλησίον Φανοτεῦσι, καὶ Χαιρωνεῦσι, καὶ Ἐλατείᾳ. Φησὶ δὲ Θεόπομπος τὸν τόπον τοῦτον διέχειν τῆς μὲν Χαιρωνείας ὅσον [2]σαδίων τεσσαράκοντα, διορίζειν δὲ [3]Ἀμβρυσέας καὶ Πανοπέας καὶ Δαυλιέας· κεῖσθαι δ' ἐπὶ τῆς ἐμβολῆς τῆς [4]ἐκ Βοιωτίας εἰς Φωκέας ἐν λόφῳ μετρίως ὑψηλῷ, μεταξὺ τοῦ τε Παρνασσοῦ καὶ τοῦ [5] . . . ὄρους πεντα-

Phocis.

1) Casauboniani quidam et Ven. κηφῶνι; edd. ante Casaubonum Κηφισσῶνι, qui ex reliquis suis codicibus, quibus et praeter Venet. mei adsentiuntur, ipsa re comprobante et supra p. 407. Strabone reposuit Κηφισσῷ.

2) Paris. Moscov. τεσσαράκοντα vel τετταράκοντα σαδίους. Forte rectius, certe ex usu Strabonis.

3) Paris. Mosc. τοὺς Ἀμβρυσέας. Xylandri editio Ἀμβρουσέας. Post Moscov. Πανοπῆας, quae forma hic aliena est.

4) Inserui ἐκ, quod ex editionibus effluxisse videtur, adiutus Msstis Paris. Moscov. Ven. et Guarino.

5) Hic in omnibus libris hiatus patet, quo montis nomen absorptum esse facile intelligitur, etsi Guarinus et editiones ante Casaubonum continua haec serie connectunt. Maior conspicitur in Veneto, qui ceteris omissis καὶ διαιρεῖν tantum servavit. Palmerius in exercitt. in Gr. auctor. p. 320. inter τοῦ et ὄρους subplet Δαυλίου, quia, cum scribat postea τὸ δὲ Δαύλιον παρατείνειν ἔφη Strabo, se iam eius montis mentionem fecisse, indicet. Contra Politus ad Eustathium in Homerum T. 2. p. 567. melius inserit Ἡδυλίου, uti idem paullo post legit τὸ δὲ Ἡδύλιον, quae vox male transierit in Δαύλιον, in quo

Cephissi, vicinus Phanoteae, Chaeroneae et Elateae. Theopompus hunc locum distare ait a Chaeronea stadiis circiter XL, et fines ibi esse Amphrysensium, Panopensium atque Daulensium. Situm esse in mediocriter sublimi colle prope aditum e Boeotia in Phocidem, inter Parnasum et montem, quin-

Phocis. πενταςάδιον σχεδόν τι ἀπολεῖπον [6] τῶν ἀν . . . ὁρίων,

quo posteriori loco praeivit Holstenius ad Ortelium p. 66. et 91. Adparet prius quidem, (nam *Daulium* in sequentibus hoc sensu dubium est) luculenter ex Plutarcho in Sulla cap. 16. ubi graphice Parapotamiorum situs indicatur, et λόφος πετρώδης καὶ περίκρημνος vocatur, qui nostro est λόφος μετρίως ὑψηλός. Quodsi tamen sequaris Demosthenem de falsa legat. p. 387. Lips. Theopompum apud Harpocrationem h. v. et Suidam h. v. rectius scribendum videatur Ἡδύλειον. Ἡδύλιον tamen legitur etiam in Polyaeno 1, 3, 5. quod et dedit Leopoldus in Plutarcho, cum antea leni spiritu produxissent Reiskius et Huttenus. Plinio 4, 12. s. 7. olim erat *Adylisus*, quod in *Hadylius*, Dorica dialecto, mutavit Harduinus. Eundem vero montem in fine emendationis *Daulium* Strabonis et *Hedylium* Plutarchi non solum agnoscit Palmerius, sed et Plutarchi fidem in Boeoticis potiorem fatetur. Cum vero idem in Gr. ant. 6, 12. p. 640. Δαύλιον in subiecta Strabonis narratione de Dauliorum ditione explicat, aperte sibi adversatur, et falso ad hunc nexum (ὄρους) transtulit. Equidem, etsi recte sic lacunam expletam esse credo, eam tamen sine libris auferre dubitavi.

6) Aliam hic lacunam tulerunt libri omnes, in cuius exitu pro ὁρίων codices Casaubonn. exhibent χωρίων. Palmerius in exercitatt. c. l. eam ita resarcit: τῶν ἀνὰ μέσον χωρίων, *locorum, qui sunt in medio*, vel τῶν ἀνὰ ςενὸν χωρίων, *locorum, qui sunt ad angustias*, ut sensus fuerit, Parapotamios non in ipsis angustiis fuisse, quae duos montes nominatos intercedant, sed distare ab illis quinque stadiorum spatio. Pro ἀπολεῖπον, quod praecedit, cum non adsit, cui adhaerere queat, corrigit idem vel ἀπολείποντι, ut referatur ad λόφῳ, vel ἀπολείποντα, ut connectatur cum τόπον. Prius ἀπολείποντι probat etiam Politus c. l. ex Plutarchi loco ante adlegato, quippe qui λόφον illum etiam τοῦ Ἡδυλίου διωρίσθαι ὄρους scribit. At quae deinceps mutila conspiciuntur, sic complet: τῶν αὐτῶν ὀρῶν διαιρεῖν,

quinque ferê stadiis a limitibus: quos Cephissus

ὀρίων, διαιρεῖν δὲ τὸν [7] Κηφισσὸν, ςενὴν ἑκατέρωθεν Phocis. διδόντα πάροδον, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ Λιλαίας ἔχοντα Φωκικῆς πόλεως, καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν,

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον, πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο·

εἰς δὲ τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐκδιδόντα· τὸ δὲ [8] Δαύλιον

Ll 5

διαιρεῖν, sc. collis ille, in quo sita Parapotamia, 5 fere stadiis ab iisdem montibus, Parnaso et Hedylio, distat; eos autem montes dirimi a Cephisso, docent etiam Plutarchus c. l. et Polyaenus 1, 3, 5. Sed plura in hanc causam disputata, nunc ex ipso Polito cognosci debent, cuius quidem coniectura magis adridet, quam quas proposuit Palmerius, cum certe angustiae illae post demum commemorentur. Nempe collis ille secundum superiores auctores a Parnaso dirimitur Cephisso amne, hinc ab Hedylio Assi alveo. At sine codicum luce parum illa certo gressu incedunt.

7) Venet. Κιφινόν.

8) Ita pro Δαυλίον scripsi et Mosc. uti etiam legitur in Polybio 4, 25, 2. et Constantino Porphyrogen. de Themat. 2, 5. Hi quidem de urbe, quae aliis est Δαυλὶς vel post etiam Δαύλεια teste Stephano h. v. non de Dauliorum ditione, uti intelligunt etiam Palmerius in Gr. ant. 6, 2. p. 640. et Berkelius ad Stephanum p. 290. Tum vero frustra hinc montem Daulium ad explendam superiorem lacunam petebat Palmerius. At si vel Δαύλιον hoc sensu non offendat pro Δαυλία sc. χώρα, etsi Δαυλὶς πολίχνιον (uti antea p. 423. m. vocavit) vix agrum tam longe patentem habere potuit, mirum tamen utique accidit, qui tam subito et praeter rem ad Daulium delabatur, cum Theopompi narratio ad Parapotamiorum situm declarandum unice pertineat. Non igitur vana est emendatio Politi antea memorata, qua reponit Ἡδύλιον. Nempe

phissus dirimat, angustum utrinque praebens transitum, ortus e Lilaea Phocidis urbe, quod et Homerus ostendit,

Quique Lilaean habent Cephissi fontibus aptam:

et in lacum Copaidem se effundit: Daulium autem ex-

Phocis. λιον παρατείνειν [9] ἐφ' ἑξήκοντα ςάδια μέχρι τοῦ [10] Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός. Καὶ Ἡσίοδος δ' ἐπὶ πλέον περὶ τοῦ ποταμοῦ λέγει καὶ τῆς ῥύσεως, ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φωκίδος σκολιῶς καὶ δρακοντοειδῶς.

[11] Ὅς παρὰ [12] Πανοπίδα Γλήκωνά τ' ἐρυμνὴν

Καὶ

Nempe τὸ δ' Ἡδύλιον transiit in τὸ δὴ Δύλιον et hinc in τὸ δὲ Δαύλιον. Ceterum haec verba τὸ δὲ Δαύλιον omiſit Gem. Pletho et τὸ δὲ poſt παρατείνειν proiecit.

9) Vulgo ἔφη. At cum tempus illud deſideretur, ad quod revocari poſſit, vage haec lectio errat. Recte ſupra φησὶ, quod et hic reſpicit. Non igitur contemnendam putavi lectionem Moſcov. et Gem. Plethonis huic narrationi aliquanto aptiorem ἐφ' ἑξήκοντα, quam etiam expreſſit Guarinus: *Daulium ſane* (τὸ δὴ Δαύλιον legiſſe videtur) *ad ſtadia ſexaginta protenditur.* Pro ςάδια Vatic. et Moſcov. dant, ut alibi, ςαδίους.

10) Haeſit in hoc nomine Palmerius, et cum ſupra p. 416. in. Orchomenum Strabo ad Acontium montem poſuerit, niſi τὸ Ὑφαντεῖον pars ſit τοῦ Ἀκοντίου, in alterutro loco mendum latere ſuſpicatur. Malit tamen hic reponere Ἀκοντίου, cum mons ille etiam commemoretur in Plutarchi Sulla c. 19. et Plinio 4, 12. ſ. 7. Vid. eius exercitt. in Gr. auctor. p. 319. At nihil muto contra codices, in primis cum Hyphantium poſſit eſſe locus Boeotiae, uti etiam putat Ortelius in theſauro Geogr. h. v. cuius ſitum a celebriori Orchomeno notat. Tum ἐπὶ eſt iuxta, prope, verſus, ut alibi in Strabone.

11) Deeſt haec vocula in Pariſ. et Moſc. hic etiam ſubiicit παρ' ἐκ.

12) Moſcov. Παροπίδα et ſupra ος. Idem poſt ſcribit cum Medic.

extendi ait ad LX ſtadia ad Hyphanteium usque, ad quod iacet Orchomenus. Heſiodus quoque de Cephiſſo amne copioſe ſcribit eiusque alveo, per totam eum fluere monſtrans Phocidem oblique et anguis in morem.

Qui praeter Panopen, et turrigeram Gleconem

Repit

Καὶ δὲ δι' Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς. Phocis.

Τὰ δὲ ϛενὰ τὰ περὶ τοὺς [13] Παραποταμίους ἢ τὴν παραποταμίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, περιμάχητα ὑπῆρξεν [14] ἐν . . . . . μίαν ἐχόντων ταύτην εἰσβολήν. Ἔϛι δὲ Κηφισσὸς, ὅ, τε Φωκικὸς, καὶ ὁ

Medic. γλήχωνα. Guarinus *Gechonem*, Heresbachius *Glechonem*. Alia vitia irrepserunt in proximum versum in Theonis scholiis ad Arati phaenom. v. 45. qui ita ibi producitur: καί τε διερχόμενος ἐπειγμένος εἰσὶ (in aliis scholiis legitur ἠπειγμένος εἰσὶ) δράκων ὥς. Probanda Strabonis lectio. Sed vid. Heringa in observatt. cap. 2. p. 18. et qui eum etiam laudavit Ruhnken. in epistola crit. 1. p. 68. Particulam ὥς instruxi accentu, quo carebat.

13) Ita ex suis codicibus adfert Casaubonus, cum vulgo legeretur, quod et ipsum ille retinuit, ποταμούς. Probat idem cum Casaubono in nota Holsten. ad Stephan. p. 243. et aperte eo ducunt sequentia. Non enim, cum de uno fluvio ante dixerit Strabo, ποταμοὺς recte subiicere poterat. *Parapotamios* habet etiam in versione Guarinus. Erroris fons non longe quaeri debet. Verba τοὺς ποταμοὺς ἤ, forsitan ne inepta adhaereret Straboni, omisit Gem. Pletho, uti eadem de causa sequentia λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως.

14) Spatium vacuum, quo hiant omnes editiones, nullus codex explet, adeoque extendunt Ven. et Gem. Pletho, qui in aditu eius et exitu omittunt ἐν et μίαν. Pro εἰσβολὴν tantum, quod leve est, Vatic. 174. Paris. Moscov. substituunt ἐμβολήν. Vatic. 173. sic: ὑπῆρξεν ἐντ . . . . . . μίαν ἐχ. τ. ἐμβολὴν . . . . Ἔϛι δὲ Κεφησὸς —.

Repit et Orchomenum gyris torti aemulus anguis.
Angustiae porro iuxta Parapotamios, seu Parapotamiam, utroque enim modo dicitur, semper contentionibus materiam praebuerunt, cum is unus esset istam in regionem ingressus. Cephissus praeter Phocicum est Athe-

Phocis. ὁ [15]Ἀθήνῃσι, καὶ ὁ ἐν [16]Σαλαμῖνι· τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος, ὁ ἐν Σικυῶνι, καὶ ὁ ἐν [17]Σκύρῳ· ἕκτος δὲ, ὁ ἐν Ἄργει, τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ [18]Λυρκείου· ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς [19]Ἐπιδάμνῳ πηγή ἐστι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι [20]Κηφισσόν.

§. 18.

15) Hopperus praepoſuit ἐν, quod in hac forma redundet.

16) Scripſi Σαλαμῖνι, quod in editionibus erat ante Caſaubonum.

17) Ita Venet. Pariſ. Moſcov. cum edd. Aldi, Hopperi, Xylandri. Guarinus etiam *in Schyro*, quod ad legitimam formam *Scyro* revocavit Heresbachius. Ceteri codices, quod Caſaubonus recepit, aut negligenter operae dederunt, videntur habuiſſe Σικύρῳ. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 522. p. m. 208. m. ubi ex noſtro Cephiſſos recenſet, hunc nominatim praeteriit, etſi ſeptem etiam commemorari notat, uti omnino ad Dionyſ. v. 440. Fruſtra autem, Σικύρῳ quid ſit, quaeri, monet Palmerius in exercitt. in auctor. Gr. p. 320. nec in Σκύρῳ inſula, nec in Κιχόρῳ Theſprotiae, nec in Σικύνῳ inſula ullum ſe noviſſe omnino Cephiſſum. Equidem cum nusquam occurrat Sicyri mentio, nec ignotum aliis locum in notando huius Cephiſſi ſitu ponere potuerit, reduxi Σκύρῳ, uti etiam hunc locum repetit Oberlinius ad Vibium p. 99. et qui cum ex prioribus editionibus memorant.

18) Pariſ. Moſcov. cum Aldo, Hoppero Λυρκίου. Sed cf. ad lib. 8. p. 370.

19) Ἐπιδάμῳ vitioſe ed. 2. Caſaub. et Amſtelodam.

dum censet Vossius ad Melam 2, 3, 79. cui adsentitur Berkelius ad Stephan. p. 104. qui hanc lectionem etiam ex Eustathio ad Hom. Il. 2, 682. p. m. 242. tueri conatur, apud quem haec leguntur: Ἄλος δὲ οὐ μόνον ἡ Φθιῶτις αὕτη, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀχαΐας πόλις. Excepit in versione Penzelius. Ego notandum, minime tamen reluctantibus aliis libris omnibus admittendum putavi. Utrumque enim vocabulum aliquanto invicem distat, et Alon iam antea Phthioticum diverso etiam genere, etsi hoc agitare videtur et versare varie, vocavit, ut vix apte sic iterum obtrudi possit. Tum nihil obstat, quo minus apte totius regionis adpellationem adnectat, in qua Alos etiam continetur. Nec alter codex Gem. Plethonis Ἄλος, sed χώρα habuisse videtur. Contra utrumque expressit Guarinus sic: *Et Halus quidem Phthiotica nuncupatur ora et Achaica.* Ceterum mutilus adparet hic locus in Vatic. 174. Paris. Mosc. quippe qui haec tantum adponunt: καὶ ἡ (articulum hunc etiam inserunt ante Casaubonum editiones) Ἀχαϊκὴ συνα . . . . ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος (vel Ὀθρύος), προ . . . Ἡ Φυλάκη —.

14) Moscov. Vatic. Ὀθρύος. At priorem sedem tenet etiam in Euripid. Alcest. v. 583. Herodoto 7, 129. et aliis. Verba ὥσπερ — πρόποδες desunt in Gem. Plethone utroque, ex quo discitur, Vossium diverso Msto usum fuisse, quia haec ex eo verba refert. De aliis codicibus antea notatum est. Vatic. 173. sic: Ὀθρύος πρότερον· καθάπερ δὲ (simul etiam ὥσπερ δὲ) ἡ Φυλάκη Sic ex suis codicibus Casaubonus adtulit: Ὄθρυος πρότερον· ὥσπερ δὲ ἡ Φ. ἡ ὑπὸ —.

15) Moscov. Φυλακή, non recte hic, rectius infra. Nempe hac accentus sede proprium ab adpellativo distinguitur, uti iam aliquoties dictum est, et diserte de hoc nomine monent Schol. Villois. ad Homer. Il. 15, 335. et Etymol. M. p. 802, 1.

16) Vatic. Paris. Πρωτεσιλάου, minus bene. Cf. supra.

et Othryos montis radices. Sicut autem Phylace, quae Protesilaum dominum habuit, Phthiotidis est

προσχώρου τοῖς Μαλιεῦσιν, οὕτω καὶ ἡ Ἅλος· διέχει δὲ [17] Θηβῶν περὶ ἑκατὸν σαδίους· ἐν μέσῳ δ' ἐςὶ [18] Φαρσάλου καὶ Φθιωτῶν. Φίλιππος μέντοι Φαρσαλίοις προσένειμεν, ἀφελόμενος τῶν Φθιωτῶν. Οὕτω δὲ συμβαίνει τους ὅρους καὶ τὰς συντάξεις τῶν τε ἐθνῶν καὶ τῶν τόπων ἀλλάττεσθαι ἀεὶ, καθάπερ εἴπομεν. Οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν Φθιῶτιν εἴρηκεν. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν Ἅλον ἐν τῇ παραλίᾳ τίθησιν, ἔξω μὲν τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου κειμένην, Φθιῶτιν δέ. Προϊὼν γὰρ ἐνθένδε ὡς ἐπὶ τὸν Πηνειὸν μετὰ τὸν Ἀντρῶνα τίθησι [19] Πτελεὸν, εἶτα τὸν Ἅλον ἀπὸ τȣ Πτελεοῦ διέχοντα ἑκατὸν καὶ Thessalia.

Pp 4

17) Venet. Θηβῶν τε.

18) Eustathius ad Homer. Il. 2, 682. p. m. 242. f. hinc repetit Φαρσαλίας, haud omnino male. Cf. ad p. 430. Tum in Vatic. Paris. deest καὶ, et pro Φθιωτῶν, quod probant cum Eustathio et Guarino mei omnes, Casaubb. aliqui offerunt Θηβῶν. Illud recte habet. Denique Gem. Pletho B. ceteris omissis ita narrationis progressionem continet: Φθιωτῶν. Περὶ Τραχῖνος εἴρηται.

19) Moscov. in ipso contextu fert πλέον, pro quo in margine verum nomen adscriptum legitur.

est Malienfibus vicinae, sic etiam Alos: distat a Thebis circiter C stadia, in medio sita Pharsali et Phthiotarum: quibus eam ademptam Philippus Pharsaliis attribuit. Supra monuimus, solere hoc modo fines et constitutiones gentium locorumque mutari. Sophocles etiam Trachiniam dixit Phthiotidem. Artemidorus Halon in ora maritima collocat extra Maliacum sinum quidem, tamen in Phthiotide. Inde enim progrediens versus Peneum, post Antronem ponit Pteleum, deinde Halon a Pteleo distantem CX stadia.

Thessalia.

καὶ δέκα σαδίους. Περὶ δὲ Τραχῖνος εἴρηται, [20] ὁποία τις, καὶ ὁ ποιητὴς κατονομάζει.

§. 9.

Τοῦ δὲ Σπερχειοῦ μεμνημένος πολλάκις, ὡς ἐπιχωρίου ποταμοῦ, τὰς [1] πηγὰς ἔχοντος ἐκ [2] Τυμφρησοῦ, ἐκδιδόντος δὲ πλησίον [3] Θερμοπυλῶν μεταξὺ

20) Moscov. ποῖά τις. Post idem male κατωνομάζει.

1) Gem. Pletho A. B. ἀρχάς. Utrumque, quod patet, in usu est. Sic ἔχειν ἀρχὰς de Tago lib. 3. p. 160. et ἔχειν πηγὰς de Lyrcio lib. 8. p. 370. et sic alibi. Valent igitur codices plerique. Antea Ald. et Hopper. Σπερχιοῦ. Post in Vatic. et Paris. deest ἐκ, quod in Moscov. a manu recentiori erat insertum.

2) Vatic. Paris. Moscov. ita hunc locum exhibent: Τρυφησσὸς (in Mosc. supra scriptum legitur Τρυφησσοῦ) Τριοπικοῦ ὄρους, τοῦ καλουμένου . . . . σερον (forte ὕστερον, quod in solo Parisiensi servatum haesit) ἐκδιδόντος —. Idem fragmentum ex suo codice reddidit Guarinus, et rectius quidem in voce Τριοπικοῦ sic: *amnem indigenam e Timphresco Dryopico monte nascentem iuxta Termopylum vero exeuntem.* Nempe Cnidus, quod illorum codicum scriptura innuit, hinc plane est aliena. At Dryopes recte commemorantur, quippe quos ad Sperchium habitasse ipse Strabo adfirmat lib. 8. p. 373. Cf. post p. 434. et Stephanus s. v. Δρυόπη, unde Δρυοπικοῦ legendum est. In explenda lacuna operam ludere nolim. Forte latet exstinctum nomen Τεφρησοῦ. Ceterum Τυμφρησοῦ habuisse videtur Gem. Pletho uterque. Ald. Hopper. Τυμφρισοῦ. Vid. paullo superius dicta.

3) Venet. Θερμοπύλου μεταξὺ αὐτοῦ, quod repraesentavit Guarinus, et suis editionibus exceperunt Aldus et Hopperus.

stadia. De Trachine dictum est, qualis sit: et Homerus nominat.

§. 9.

Idem cum saepenumero Sperchei mentionem faciat, ut Thessalici fluminis, e Tymphresto orientis et prope Thermopylas in mare excurrentis,

ταξὺ [4] αὐτῆς καὶ Λαμίας, δηλοῖ, ὅτι καὶ τὰ ἐντὸς πυλῶν ὅσα τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου, καὶ τὰ ἐκτὸς ὑπ' [5] ἐκείνῳ ἦν. Ἀπέχει δὲ Λαμίας ὁ Σπερχειὸς περὶ τριάκοντα σταδίους, [6] ὑπερκειμένης πεδίου τινὸς καθή- Thessalia.

4) Venet. Ald. Hopper. αὐτοῦ, cuius caufa in proxima nota indicata eft. Gem. Pletho αὐτῶν. Alii αὐτῆς, uti iam correxerat Xylander, ut melius et ipfa re flagitante ad Trachinem referretur. Ultra Spercheum enim erant alii fluvii, Dyras et Melas, et tum demum fequebatur Trachin. (cf. fupra p. 428.) Thermopylae maritimo curfu a Sperchei oftiis aberant 10 ftadia, (cf. p. 435.) Lamia a Spercheo 30. (V. poft.)

5) Venet. ἐκείνων.

6) Vatic. Mofcov. Gem. Pletho A. B. Ald. Hopperus ὑπερκειμένης, Xylander ὑπερκειμένους, inde a Cafaubono ὑπερκειμένοις, quod et fuiffe videtur in Parif. Ipfe Cafaubonus vult ὑπερκείμενος vel ὑπερκειμένου. Renititur Palmerius in exercitt. in auctorr. Gr. p. 321. quia ὑπερκείμενος, quod referri debeat ad Σπερχειὸς, incommode et infolenter dicatur, cum fluvii fuis ripis fint depreffiores in folito et placido fluxu. Nec ὑπερκειμένου probat, quia πεδίον raro dicatur ὑπερκεῖσθαι. Ipfe praefert ὑπερκειμένης, fc. Λαμίας, quae urbs fuit in edito et planitiei fupereminuit ad Maliacum finum usque porrectae, uti pateat ex Livio 36, (non, quod adpofuit 35,) 25, 3. Cum faepe ὄρη ὑπερκεῖσθαι πόλεως dicantur, et ipfae πόλεις πεδίων ὑπερκεῖσθαι, (cf. p. 433. in. lib. 8. p. 344. in. et alibi) videtur utique rectius ad Lamiam revocandum effe, quod comprobant etiam codices, etfi nimis a fuo nomine reiectum eft. At ita folet paffim Strabo. Tum fimilis forma adfuit paullo fuperius de Alo. Denique fitus ex more apte indicatur. Nec aliter legit cepitque Guarinus, qui fic interpretatur: *immineat cuidam campo.* Quibus rationibus motus dedi ὑπερκειμένης.

rentis, inter Trachinem et Lamiam, oftendit etiam, quae intra Pylas ad Maliacum finum pertinebant, et quae extra erant, Achilli paruiffe. Spercheius xxx ftadiis abeft a Lamia, fita fuper planitie quadam

Thessalia. καθήκοντος ἐπὶ τὸν Μαλιακὸν κόλπον. [7] Ὅτι δ' ὁ Σπερχειὸς ἐπιχώριος, ἔκ τε τοῦ τρέφειν ἐκείνῳ τὴν [8] κόμην φάσκειν, καὶ τοῦ τὸν Μενέσθιον, ἕνα τῶν λοχαγῶν αὐτοῦ, Σπερχειοῦ λέγεσθαι [9] παῖδα καὶ τῆς ἀδελφῆς τῆς Ἀχιλλέως. Μυρμιδόνας δ' εἰκὸς καλεῖσθαι πάντας τοὺς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ [10] καὶ τῷ Πατρόκλῳ, οἳ συνηκολούθησαν ἐξ Αἰγίνης φεύγοντι [11] τῷ Πηλεῖ. Ἀχαιοὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ Φθιῶται πάντες.

§. 10.

7) Verba Ὅτι δ' ὁ Σπερχειὸς — τῆς Ἀχιλλέως desunt in Gem. Pleth. ne utroque.

8) Pro κώμην editionum ex Medic. recepi, quod iam res ipsa suadebat et narratio Homerica Il. 23, 141. sq. ut taceam, morem illum olim viguisse.

9) Casaubonn. Moscov. παιδίον. Paris. πεδιοῦ et παιδιοῦ, Vatic. παιδιοῦ. Venet. παῖδες. Mirum, quod in notissima voce et re ex Homero Il. 16, 174. nota ita hallucinati sunt. Editiones omnes habent παῖδα, quod movere nolui. Antea Ald. Hopper. τοῦτον Μενέσθιον.

10) Verba καὶ τῷ Πατρόκλῳ desunt in Gem. Plethone utroque.

11) Plura hic dat Gem. Pletho uterque: τῷ πατρὶ Πηλεῖ, τῶν Αἰγινητῶν πρότερον Μυρμιδόνων κεκλημένων. Ἀχαιοὶ δ' ἐκαλοῦντο —. Quae huc ex lib. 8. p. 375. translata videntur, certe in praecedentibus conclusa tenentur.

quadam ad Maliacum sinum pertinente. Spercheium autem Thessaliae fuisse fluvium, vel ex eo liquet, quod comam ei Achilles se aluisse dicit: et quod Menesthius, unus e centurionibus eius, Spercheii dicitur filius ex Achillis' sorore. Myrmidones porro vocari consentaneum est omnes, qui sub Achille et Patroclo erant, qui in exsilium ex Aegina proficiscentem Peleum erant secuti. Achaei vocabantur Phthiotae universi.

§. 10.

Thessalia.

§. 10.

Διαριθμοῦνται δὲ [1] τὰς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας, Μαλιέων ἀρξάμενοι, πλείους μὲν, ἐν δ' αὐταῖς Θήβας τὰς Φθιώτιδας, [2] Ἐχῖνον, Λαμίαν, περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς συνέστη πόλεμος Μακεδόσι καὶ Ἀντιπάτρῳ πρὸς Ἀθηναίους· ἐν ᾧ [3] Λεωσθένης ἔπεσε τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, [4] Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ἑταῖρος· Ἐρινεὸν πρὸς τούτοις, Κορώνειαν, ὁμώνυμον τῇ Βοιωτικῇ, [5] Μελίταιαν, P. 434.

1) Parif. Mofc. τοῖς ὑπὸ, quod in hoc poftea transierat mutatum in τῆς ὑπό.

2) Venet. Ald. Hopper. cum Guarino Ἐχῖναν, Parif. Vatic. Mofcov. ἔχειν ἀνδαμίαν, Cafaubonn. ἔχει Ἐχῖναν ex corruptione coalefcentium nominum. Accentus difcrepat. Ἔχινος invenitur in Ptolemaeo 3, 13. Ἐχῖνος in Polybio 17, 3, 12. 18, 21, 3. et, qui cognominem Acarnaniae urbem memorat, Stephano, uti in ipfo Strabone p. 435. Sed vid. de fimilibus fupra ad p. 395. in.

3) Parif. fubnectit τε.

4) Mofcov. praemittit ὁ. Tum verba πρὸς τούτοις omittuntur in Vatic. Ven. Parif. Mofcov. Gem. Plethone B. In Mofc. quidem ea manus recentior inferuerat. Poffint quidem abeffe, fed quod pluribus interpofitis ad fummam narrationis redit, non omnino otiofa adftant.

5) Parif. Mofcov. Ald. Hopper. Μελίτειαν. Utramque olim formam ufu invaluiffe, difcitur ex Stephano, ad quem confuli

§. 10.

Enumerant porro oppida Phthioticae ditionis Achilli fubditae, a Malienfibus orfi, plura fane: fed in his etiam Thebas Phthiotides, Echinum, Lamiam, (ad quam urbem Macedonibus et Antipatro bellum cum Athenienfibus commiffum fuit Lamiacum, in quo cecidit Leofthenes, Athenienfium dux, Alexandri regis focius) Erineum, Coroneam eiusdem cum Boeotica nominis, Melitaeam,

Thessalia. ταιαν, [6] Θαυμακοὺς, [7] Πρόερναν, Φάρσαλον, Ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Εὐβοϊκῇ, Παραχελωίτας, καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς Αἰτωλικοῖς· καὶ γὰρ ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῶος ποταμὸς πλησίον Λαμίας, [8] παρ' ὃν οἰκοῦσιν οἱ [9] Παραχελωῖται. Παρέτεινε δ' ἡ χώρα αὕτη πρὸς ἄρκτον μὲν, τῇ τῶν Ἀσκληπιαδῶν καὶ μάλιστα προσεσπερίων, καὶ ταῖς [10] Εὐρυπύλου καὶ Πρωτε-

ſuli poſſunt interpretes. Vulgata tamen praeferenda, quia ſupra p. 432. indixit Μελιταιεῖς.

6) Moſcov. Θαυμακοῦς, quaſi ſit caſus rectus. Docet Livius 32, 4. *Philippus Thaumacos obpugnabat*, et *Thaumaci — ſiti ſunt*, et alibi. *Th umacus* tamen dedit Guarinus, et Θαυμακοῦς etiam ex hoc loco adlegat Harduinus ad Plinium 4, 16. ſ. 9.

7) Moſcov. Προέρναν. Poſt idem Παρασχελωΐτας. In ſequ. recte tamen cum Pariſ. Παραχελωῖται, ut Σαυνῖται, Συβαρῖται in auctoribus, etſi nec ea ſine diſcrepantia dimittuntur, uti ſit in Strabonis editionibus.

8) Verba haec παρ' ὃν οἰκοῦσιν — ἄξιαι μνήμης εἰσὶ praeteriit Gem. Pletho B.

9) Circumflexum penultimae, uti proxime iam notavi, imponunt Pariſ. et Moſcov. Quod etſi rectius p to, haeſitavi tam n propter Stephanu n, qui et Παρωκεανῖται inluſtrationis ca ſa ſubiicit, vulgatam ſcripturam immutare. At poſt dedi Ἀσκληπιαδῶν.

10) Vatic. 174. Εὐρυπύλου . . . . . . καὶ Πρωτεσιλάου. In Pariſ. pro καὶ ſpatium patet vacuum, et in Moſcov. illa vocula

litaeam, Thaumacum, Proërnam, Pharſalum, Eretriam Euboicae cognominem, Paracheloitas itidem Aetolicis cognomines: nam hic quoque fluvius eſt Achelous prope Lamiam, iuxta quem habitant Paracheloitae. Haec regio verſus ſeptentrionem porrecta fuit, ad terram Aeſculapii poſterorum maxime occiduorum, atque Eurypyli et Prote-

Πρωτεσιλάου, ταῖς πρὸς ἕω [11] κεκλιμέναις . . . . Thessalia.
πρὸς νότον δὲ τῇ Οἰταίᾳ, εἰς [12] τεσσαρεσκαίδεκα δήμους διῃρημένη, Ἡράκλειάν τε καὶ Δρυοπίδα, τετράπολιν γεγονυῖαν ποτε, καθάπερ καὶ τὴν Δωρίδα, μητρόπολιν δὲ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Δρυόπων νομιζομένην. Τῆς δ' Οἰταίας καὶ ὁ Ἀκύφας ἐςὶ, καὶ Παρασωπιὰς, καὶ Οἰνειάδαι, καὶ [13] Ἀντίκιῤῥα [14] ὁμώνυμος τῇ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἑσπερίοις. Λέγω δὲ τὰς διατάξεις ταύτας οὐκ ἀεὶ μεμενηκυίας τὰς αὐτὰς, ἀλλὰ ποικίλως μεταβεβλημένας· αἱ δ' ἐπισημότατοι μάλιςα ἄξιαι μνήμης εἰσί.

§. 11.

cula a manu recentiori inserta est. Pro τῆς reposui ταῖς, ut accommodaretur structurae lege ad praecedens τῇ. In sequenti lacuna absorptum videtur substantivum, quod huc refertur, χώραις vel simile aliquid.

11) Idem vacuum spatium conspicitur post hoc verbum in Paris. et Moscov. quod nec alii subplent.

12) Moscov. τετταρεσκαίδεκα, consueto more. Editiones ante Casaubonum τεσσαρακαίδεκα, quod tamen potius cum neutro iungitur. Post Δρυοπίδα praeposito articulo mavult Moscov.

13) Moscov. per υ, de quo vid. ad p. 418.

14) Paris. Moscov. ὁμώνυμοι ταῖς. At vulgata recte habet.

Protesilai adversus orientem solem inclinantibus . . . . . . versus meridiem autem Oetaeae, in XIV pagos sive curias divisa, Heracleamque et Dryopidem: quae olim fuit tetrapolis, sicut et Doris est; et Dryopum, qui in Peloponneso sunt, mater aestimatur. Ad regionem Oetaeam etiam Acyphas pertinet, et Parasopias, et Oeneidae, et Anticirrha idem habens cum ea nomen, quae est in Locris occiduis. Nomino autem has portiones, non quasi eae semper eaedem constiterint: cum quidem varias sint perpessae mutationes: sed tamen nobilissimae memoratu maxime sunt dignae.

§. 11.

Thessalia.

§. 11.

Τοὺς [1] δὲ Δόλοπας φράζει καὶ ὁ ποιητὴς ἱκανῶς, ὅτι ἐπὶ ταῖς ἐσχατιαῖς εἰσι τῆς Φθίας, καὶ ὅτι ὑπὸ τῷ [2] αὐτῷ ἡγεμόνι ἦσαν τῷ Πηλεῖ οὗτοί τε καὶ οἱ Φθιῶται· ἔναιον γὰρ (φησὶν) ἐσχατιὴν Φθίης· καὶ ἦν Φοίνιξ Δολόπεσσιν ἀνάσσων, δόντος τοῦ Πηλέως. Γειτνιᾷ δὲ τῇ Πίνδῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὴν χωρίοις, Θετταλικοῖς οὖσι τοῖς πλείστοις. Διὰ [3] γάρ τε τὴν ἐπιφάνειαν καὶ τὴν ἐπικράτειαν τῶν Θετταλῶν καὶ τῶν Μακεδόνων οἱ πλησιάζοντες αὐτοῖς μάλιστα τῶν Ἠπειρωτῶν, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δ' ἄκοντες, μέρη καθίσταντο [4] Θετταλῶν ἢ καὶ Μακεδόνων· καθάπερ Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἴθικες, καὶ Τάλαρες Θετταλῶν· Ὀρέσται

1) Xylander καὶ Δόλοπας.

2) Casaubonn. Venet. αὐτῶν, reliqui ad nexum apte cum Guarino αὐτῷ, uti etiam legitur in editionibus.

3) Aldus, Hopper. Xylander γὰρ τό. Illud recte habet. Vatic. ἐπιφάνειάν τε καὶ —.

4) Casaubonn. Venet. Gem. Pletho A. B. Θετταλοῖς καὶ Μακεδόσι. Utrumque potest componi, prout retuleris. Vulgatam tamen tuentur proxime subiecta. Paris. et Mosc. in recepta lectione, quam et ipsi praeferunt, excluserunt καί. Ante Θετταλῶν in Paris. et Vatic. incommode distinctio maxima facta est.

§. 11.

Iam Dolopes ipse Homerus satis indicat in extremo Phthiae incoluisse, et sub eodem principe fuisse Peleo cum Phthiotis: nam Phoenix ait in extremitate Phthiae habitasse se, ac dono Pelei imperasse Dolopibus. Regio vicina est Pindo et circumiacentibus locis, quorum maximam partem Thessalia sibi vindicat. Quippe gloria et potentia Thessalorum atque Macedonum effecit, ut his vicini, maxime Epirotae, vel ultro vel inviti etiam se partem Thessalorum aut Macedonum facerent: sicut Athamanes, Aethices, et Talares Thessalorum: Orestae,

Ὀρέσται δὲ, [5] καὶ Πελαγόνες, καὶ Ἐλιμιῶται Μακεδόνων. Thessalia.

§. 12.

Ἡ δὲ Πίνδος [1] ὄρος μέγα, πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν [2] Μακεδονίαν, πρὸς ἑσπέραν δὲ Περραιβοὺς μετανάστας ἀνθρώπους [3] ἔχουσα, [4] πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δόλοπας· αὕτη δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας· ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Πίνδῳ ᾤκουν Τάλαρες, Μολοττικὸν φῦλον, τῶν περὶ τὸν [5] Τόμαρον ἀπόσπασμα· καὶ Αἴθικες, [6] πρὸς

5) Vocabula καὶ Πελαγόνες effluxerunt in Gem. Plethone A. et B.

1) Paris. Moscov. subnectunt ἐστί.

2) Casaubonn. Μακεδόνων. Mei omnes in vulgata perstant, quam non lacesso.

3) Deest in Vatic. Paris. Gem. Plethone A. B. Melius adest in aliis.

4) Gem. Pletho A. B. paullo aliter sequentia praeit vel reddit sic: πρὸς μεσημβρίαν Δολόπους (B. Δόλοπας) ἔχον, πρὸς ἕω δὲ τὴν Ἑστιεῶτιν· αὕτη δ' ἐστὶ —. Cum Hestiaeotis occiduas Thessaliae partes occupet, (cf. supra p. 430.) Pindus autem Molossidi immineat, (v. sequ.) utique particula haec narrationis probari potest.

5) Vulgo Ἴσμαρον, quod nomen in hoc nexu recte offendit Palmerium, qui in Gr. ant. 2, 8. p. 313. et 329. Τόμαρον vel Τμάρον substituit. Illud nempe vitium enatum esse putat ex usu maiuscularum literarum in ΤΟΜΑΡΟΣ, quarum cum

Orestae, Pelagones, et Elimiotae Macedonum.

§. 12.

Pindus vero mons est magnus, cui versus septentrionem Macedones adiacent, versus occasum Perrhaebi homines inquilini, ad meridiem Dolopes; ipse quidem Thessaliae est. Ad ipsum Pindum Talares habitavere, gens Molossica, avulsa portio ab iis, qui circa Tomarum degunt: et Aethices, ad

Thessalia. [6] πρὸς οὓς ἐξελαθῆναί φησιν ὑπὸ Πειρίθου τοὺς Κενταύρους ὁ ποιητής· ἐκλελοιπέναι δὲ νῦν ἱστοροῦνται. Τὴν δ' ἔκλειψιν διττῶς ἀκουστέον· ἢ γὰρ ἀφανισθέντων [7] τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς χώρας τελέως ἠρημωμένης, ἢ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐθνικοῦ μηκέτι ὄντος,
p. 435. μηδὲ συστήματος διαμένοντος τοιούτου. [8] Ὅταν οὖν ἄσημον τελέως ᾖ τὸ λειπόμενον νυνὶ σύστημα, οὐκ ἄξιον μνήμης τίθεμεν, οὔτ' αὐτὸ, οὔτε τοὔνομα τὸ μεταληφθέν· ὅταν δ' ἔχῃ τοῦ μεμνῆσθαι δικαίαν πρόφασιν, λέγειν ἀναγκαῖον τὴν μεταβολήν.

§. 13.

cum priores duae in libro corrosae fuissent, ex apicibus, quae restarent, effinxisse Ἴσμαρον. Nusquam enim in Thracia, ubi fuit Ismarus urbs vel mons, Molossi adparent, quippe qui in Epiro sedem habuerunt. Cf. lib. 7. p. 323. f. Tomarus autem mons Epiri notus prope Dodonam, quae initio fuit Thesprotorum, post Molossorum. Cf. lib. 7. p. 328. Egregie vero acutam eam Palmerii suspicionem confirmat Gem. Pletho uterque, quippe in quo exstat vel Τίμαρον vel Τόμαρον. Proxime ex aliis Msstis huc accedit Ἴμαρον in Mediceo. Quare non dubitavi, ita hic rescribere.

6) Πρὸς elapsum est in Moscov. et edd. Aldi et Hopperi.

7) Τῶν deest in Paris. et Mosc. Contra iidem cum Vatic. ante συστήματος addunt τοῦ.

8) Verba Ὅταν οὖν — τὴν μεταβολὴν desiderantur in Gem. Plethone B.

ad quos a Peirithoo eiectos fuisse Centauros Homerus tradit: nunc intercidisse ea gens dicitur. Cum dicitur gens aliqua defecisse, bifariam hoc intelligi potest: vel quia hominibus prorsus deletis deserta sit regio: vel quia nomen gentis non supersit, neque tale corpus perduraverit. Quando igitur prorsus obscurum est collegium, quod nostro tempore superest; neque ipsum nos, neque nomen, quod accepit, mentione dignamur: si memorandi iusta sit causa, necesse est etiam mutationem explicari.

§. 13.

§. 13. Thessalia.

Λοιπὸν δ' εἰπεῖν τῆς παραλίας τὴν τάξιν τῆς ὑπὸ τῷ 'Αχιλλεῖ, ἀπὸ [1] Θερμοπυλῶν ἀρξαμένους· τὴν γὰρ Λοκρικὴν καὶ [2] τὰς ἄλλας εἰρήκαμεν. Αἱ τοίνυν Θερμοπύλαι τοῦ μὲν [3] Κηναίου διεστήκασιν [4] ἑβδομήκοντα σταδίων πορθμῷ· παραπλέοντι δ' ἔξω Πυλῶν τοῦ [5] Σπερχειοῦ ὡς σταδίους δέκα, ἔνθεν δ' εἰς

1) Vatic. Moscov. Gem. Pletho B. πυλῶν. Prior pars in Mosc. inserta accessit. Sic idem antea habuit ὀκρικὴν, quod mansit in Paris. in illo a manu recentiori expletum est.

2) Ignorat has duas voces Paris. quas in Moscov. recentior manus addidit. Gem. Pletho B. omnino non agnoscit verba τὴν γὰρ Λοκρικὴν — εἰρήκαμεν, qui post ἀρξαμένοις statim subiicit: Αἱ Θερμοπύλαι.

3) Aldus, Hopper. Κυναίου, non, uti margo ed. Amstel. adnotat, Κυνείου. Sed cf. Strabo lib. 10. in. et Ptolem. 3, 15.

4) Paris. Moscov. coniuncte ἑβδομηκονταςαδίῳ, quod quidem analogiae non adversatur. Simile paullo post recurrit. Gem. Pletho A. B. σαδίοις παραπλέοντι omissa voce πορθμῷ.

5) Ald. Hopper. male Σπερχιοῦ. At iacturam hic vocis σόμα factam, vel legendum μέχρι τοῦ Σπερχειοῦ censet Palmerius in exercitt. in Gr. auctor. p. 322. quia alias sententia claudicet. Παραπλεῖν utique hoc sensu cum accusativo vel nudo vel etiam repetita praepositione παρὰ apud nostrum et alios reperitur. Quodsi proxima verba respicias, ἐντὸς absorptum videatur ab ων τοῦ. Sed terminus desideratur, in quo cursus subsistat. Forte librarii retulerunt ad praecedens διεστήκασιν, quod tamen huc revocari nequit. Luxatus omnino videtur nexus et infra vis consecutionis.

§. 13.

Restat, ut ordine maritimam oram enarremus, quae Achillem dominum habuit, facto a Thermopylis initio: nam de Locridis ora aliisque iam ante dictum est. Thermopylae a Cenaeo promontorio disiunguntur stadiorum LXX freto. Inde ubi a Pylis navigaveris ad ostia Spercheii decem sunt stadia: hinc ad

Thessalia.

δ' εἰς [6] Φάλαρα, εἴκοσι· [7] Φαλάρων δ' ἀπὸ θαλάσσης [8] ὑπέρκειται [9] πεντήκοντα ςάδια ἡ τῶν δεκαπέντε πόλεων. Εἶθ' ἑξῆς παραπλεύσαντι ςαδίοις ἑκατὸν ὁ Ἐχῖνος ὑπέρκειται. Τῆς δ' ἑξῆς παραλίας ἐν [10] μεσογαίᾳ ἐςὶν ἡ Κρεμαςὴ Λάρισσα εἴκοσι ςαδίους αὐτῆς διέχουσα· ἡ δ' αὐτὴ [11] μὲν Πελασγία λεγομένη καὶ Λάρισσα.

§. 14.

6) Male Ald. Hopper. Φάλαρων.

7) Vatic. Paris. Mosc. τῶν δὲ Φαλάρων. A Φαλάρων ad πόλεων εἶθ' lacunam admisit Gem. Pletho A. ad ἑξῆς παραπλεύσαντι Gem. Pletho B.

8) Non sine causa asterisco notatur hic locus. Excidit enim nomen urbis, quae ὑπερκεῖσθαι dicitur Φαλάρων. Ea fuit, ni fallor, Lamia, ut ex Livio 36, 36. [36, 29, 5.] coniicio. Erat enim Lamiae velut ἐπίνειον Φάλαρα, et, qui Lamiam ire volebant per mare, Phalaris exscensionem faciebant, ut apud Livium dicto loco Nicander Aetolus, qui pecuniam ab Antiocho Lamiam detulit, dum eam Philippus obsidebat, ad Phalara appulerat. *Palmerius in exercitt. in Gr. auctorr.* p. 322. Cf. Polybius 20, 11. ex quo sua hausit Livius. Probabilis utique est Palmerii coniectura, etsi in ipso contextu sine codicibus locum non habet; in versione tamen concessit Penzelius. Vicina loca ea facit Stephanus s. v. Φάλαρα.

9) Casaubonn. Paris. Moscov. πεντηκοντασάδιος. Sic paullo ante ἑβδομηκονταςάδιος.

10) Vatic. μεσογαίῳ. Venet. Gem. Pletho B. μεσογείῳ, quae perinde valent.

11) Paris. Moscov. Venet. καὶ pro μέν. Paris. duplici scriptura Πελασγία et Πελαγία. Hoc passim apud nostrum aliosque de insulis dicitur procul a continenti in alto mari sitis, quod

hinc

ad Phalara, xx: a Phalaris supra mare stadiis L est quindecim illa urbium .... Inde si navigaveris stadia C, ad Echinum pervenies. Deinceps versus oram in mediterraneis sita est ad XX stadia Cremaste, id est pensilis, Larissa: quae eadem Pelasgia dicitur, et Larissa.

§. 14.

§. 14. Thessalia.

Εἶτα Μυόννησος [1] νησίδιον· εἶτ' [2] Ἀντρών· ἣν [3] δ' ἡ αὐτὴ ὑπὸ [4] Πρωτεσιλάῳ. Καταλέγει δ' ὁ ποιητὴς ἐφεξῆς τοῖς ὑπ' Ἀχιλλεῖ τοὺς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ·

hinc alienum est. Tum καὶ ante Λάρισσα deest in Vatic. Paris. Moscov. Ven. Gem. Plethone A. B. Inde Moscov. Λάρισα praeter usum.

1) Moscov. Gem. Pletho B. νησίον, uti paullo post. Promiscuum utraque vox habet usum.

2) Ut constaret ratio, accentum, exemplis etiam aliorum motus, devolvi in ultimam. Sic Πλευρὼν, Πυθὼν, Αὐλὼν et similia. In solo forte Hesychio invenitur Ἄντρων, cum alii, e quibus Etymol. M. Harpocration, Stephanus, in vulgari forma consentiant. Sed de hoc me dicere memini ad lib. 8. p. 350. In sequentibus titubat Moscov. quippe ubi duplici accentu dedit Ἄντρῶνος. Vatic. recte Ἀντρῶνος, uti post Mosc. firmius Ἀντρῶνα.

3) Vatic. Moscov. δὴ αὕτη.

4) Post hoc nomen plura excidisse suadent ea, quae hic Vatic. 174. Paris. et Moscov. inserunt, etsi et ea satis manca. Sunt autem haec: Τοσαῦτα μὲν ὑπὲρ (Vatic. ὑπὸ) τῆς παρὰ τῷ Ἀχιλλεῖ (Vatic. 173. qui in reliquis cum editionibus consentit, περὶ τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ) μαμνημένος καταλέγει δ' ὁ ποιητὴς | εἰς πολλὰ καὶ γνώριμα μέρη δις (δις non habent Vatic. et Paris.) . . . . ἡγεμόνας μὲν τὰς ὑπ' | αὐτοῖς . . . . τῆς Θετταλίας κύκλον διέταξεν . . . . | ὥσπερ ἐν τοῖς ἐπάνω . . . . . . λοιπὴν περιοδείαν τῆς χώρας (Vatic. Paris. tantum χω) . . . . . . ἐφεξῆς —. Ceteri codices levioribus exceptis vulgatam lectionem praeferunt. Tantum Guarinus: *Haec Protesilao suberat; tot sub Achille fuerant. Explicat autem poeta recensetque ordine illas, quae Achilli parebant.* Denique contractiora haec ex suis libris adposuit Casaubonus: ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ. Τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ τῶν ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ. Ἡ δὲ φυλακὴ —.

§. 14.

Sequitur Myonnesus parva insula, murum insula: deinde Antron, quae Protesilaum habuit dominum. Proxime post Achilleos Homerus eos recenset, qui sub Protesilao fuerunt;

Thessalia. σιλάῳ· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ καὶ ἐφεξῆς ὄντες τῇ [5] ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ παραλίᾳ μέχρι Ἀντρῶνος. Ἡ μὲν οὖν Φυλάκη ἐγγὺς Θηβῶν ἐστι τῶν [6] Φθιωτίδων, αἵπερ εἰσὶ καὶ αὐταὶ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ· καὶ [7] Ἄλος δὲ, καὶ Λάρισσα ἡ Κρεμαστὴ, καὶ τὸ Δημήτριον ὑπ' ἐκείνῳ πᾶσαι πρὸς ἕω τῆς [8] Ὄθρυος. Τὸ δὲ [9] Δημήτριον Δήμη-

5) Gem. Pletho B. ὑπ' Ἀχιλλεῖ, ut antea alii. Tum uterque omittit voces μέχρι Ἀντρῶνος. Hinc vero superiores codices iterum aliqua inserunt: Ὁριζομένη τοίνυν . . . . Πρωτεσιλάῳ (Paris. tantum servavit λάῳ) ἔξω μὲν οὖσα τοῦ . . . . . | . . . . τῆς Φθιώτιδος, οὐ μὴν τῆς . . . . ἡ μὲν οὖν —. Ceterum Vatic. 174. in margine aliena haec a nostro loco adsuit: κομιζόμενος· τῷ δ' πρόπαις· τῷ ε παῖς· τῷ ϛ μελλείρην· τῷ ζ εἰρήν· λέβητα Θεσπρώτιον. Θεσπρωτία μέρος γῆς τῆς Ἠπείρου, ἐν ᾗ μαντεῖον Διὸς διὰ λεβήτων ἠχούντων πως γινομένη. Ἐπὶ τῆς πυρᾶς οὕτως ὁ Κροῖσος εἶπε τὰ ἐμὰ παθήματα ἀχάριστα ἐόντα μαθήματα γέγονε· ὡς τὸ παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

6) Mss. Casaubonn. Venet. Φθιώτιδος. At recte habet aliorum et editionum forma, dummodo ad Thebas retuleris sublata post Φυλάκη distinctione, quod feci. Sic Θῆβαι Φθιώτιδες memorantur a Polybio 5, 99. in. quas Phthioticas vocat Livius 28, 7, 12. 33, 5. in. vel Phthias, uti 39, 25, 9. cum Polybio 17, 3, 13. Denique accedit ipse Strabo supra p. 433. f. Interim Ptolemaeus 3, 13. dixit Θῆβαι Φθιώτιδος, quod etiam, si ipsam rem spectes, parum refert.

7) Ald. Hopper. ἄλλος, ut supra p. 432. peccabatur.

8) Mosc. hic et post Ὀθρύος. Alibi tamen receptum usum servat.

9) Medic. Gem. Pletho A. cum Eustathio ad Homer. Il. 2, 695. p. m. 245. Δημήτειον. Alii per ι. De variatione saepe obvia dictum est supra ad p. 396. f.

runt; ii autem erant deinceps siti in ora maritima secundum Achillis ditionem usque ad Antronem. Proinde Phylace Thebis Phthioticis propinqua est, quae et ipsae suberant Protesilao: ut Alos quoque, et Larissa Cremaste, et Demetrium, versus ortum ab Othry. Demeter Graecis est Ceres. Itaque Demetrium Cere-

Δήμητρος εἴρηκε τέμενος, καὶ ἐκάλεσε Πύρασον. Ἦν δὲ πόλις εὐλίμενος ἡ [10] Πύρασος ἐν δυσὶ σταδίοις ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος καὶ [11] ἱερὸν ἅγιον, διέχουσα Θηβῶν σταδίους εἴκοσι· ὑπέρκειται δὲ Πυράσου [12] Θῆβαι. Θηβῶν δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ [13] τὸ Κρόκιον πεδίον πρὸς τῷ καταλήγοντι τῆς Ὄθρυος, δι' οὗ [14] ὁ Ἄμφρυσος ῥεῖ ποταμός. Τούτου δ' ὑπέρκειται ὁ — Thessalia.

10) Moſcov. Πύρασα. Sed cf. Homer. Il. 2, 695.

11) Vatic. ἅγιον ἄγαλμα. Caſaubonn. Pariſ. Moſcov. ἱερὸν ἄγαλμα. Sic et Guarinus: *ſacram habens ſtatuam.* Alii cum Euſtathio c. l. ἱερὸν ἅγιον habent. Videtur ἅγιον in hoc nexu poſitum offendiſſe, nec temere. At quia Homericum τέμενος ita reddit, retinendum. Sic ἱερὸν ἁγιώτατον Plutarchus de animi tranquillitate p. 865. ed. Lipſ. et alibi.

12) Pariſ. Moſcov. μὲν αἱ Θῆβαι. Τῶν Θηβῶν. Ita etiam Vatic. omiſſo tantum αἱ ante Θῆβαι.

13) Pariſ. τῇ, praecedentis vocis reſpectu. Tum Vatic. Κροκὶ πεδίον. Cf. p. 433. in.

14) Moſcov. omiſit articulum, uti poſt cum Vatic. Pariſ. Ven. Gem. Plethone B. vocem ποταμός. Ipſum fluvii nomen in editionibus ſcribitur Ἄμβρυσος, pro quo codices Caſaubonn. dant Ἄμφρυσος et Ἄμφυρσος. Ex meis Venet. Moſcov. Gem. Pletho B. praeferunt Ἄμφρυσος, Pariſ. Ἄμφρισος, Gem. Pletho A. Ἄμφυσος, Vatic. Ἀμφυρισός. *Amphryſus* habet Guarinus. Atque ita hic, ut ſupra, repoſui. Ἄμβρυσος debetur Aldo, quae quidem fuit Phocidis urbs memorata a Polybio 4, 25, 2. Pauſania 10, 3, 2. et 36, 2. ex Latinis a Livio 32, 18, 6. Plinio 4, 4. ſ. 3. ſed et a noſtro ſupra p. 423. Attamen Ἄμφρυσος illa urbs a Stephano ſcribitur, ubi tantum addit, a quibusdam etiam pro φ adhiberi β. Utrumque de noſtro fluvio notat

Cereris vocavit fanum, et appellavit Pyraſum. Fuit autem Pyraſus urbs commodo portu praedita, a duobus ſtadiis habens lucum Cereri ſacrum eiusdemque templum: infra Thebas XX ſtadiis iacebat Pyraſus. Ad Thebas in mediterraneis eſt Crocius campus ad fines Othryos montis: per eum fluit Amphryſus fluvius. Supra eſt Itonus, ibique

Thessalia. ὁ [15] Ἴτωνος, ὅπου τὸ τῆς Ἰτωνίας ἱερὸν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ ὁ [16] Κουάριος ποταμός· εἴρηται δὲ [17] περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἄρνης Βοιωτιακῆς. Ταῦτα δ' ἐστὶ τῆς Θετταλιώτιδος μιᾶς τῶν [18] τεσσάρων μερίδων τῆς ὅλης Θετταλίας, ἧς [19] ἦν καὶ τὰ ὑπ'

tat Schol. Apollonii ad 1, 54. de urbe et fluvio Schol. Callimachi ad hymn. in Apoll. v. 48. Cf. etiam de scriptura Sylburg. ad Pausan. 4, 31. p. m. 356. et 10, 3. p. 804. Equidem rationem auctoribus probatam in utroque sequendam putavi, quorum factae in libris corruptiones facile in errorem traxerunt grammaticos.

15) Ita Casaubonn. Vatic. Paris. Moscov. quod, etsi Ἴτων alii cum Guarino et editionibus scribunt, praeferendum tamen putavi, ut superiori loco p. 433. accommodarem. Sic et Latini passim, ut *incola Itoni* Catullus 64, 228. Neque tamen Ἴτων omnino repudio, uti hanc urbem producit Schol. Apollonii ad 1, 551. et in primis Homer. Il. 2, 696. Utramque formam notat Stephanus h. v. et tertiam Ἰτώνη addit Eustathius ad Homer. p. m. 245. c. l.

16) Venet. Κουρύριος. Vid. supra ad p. 411.

17) Voces περὶ τούτου — περὶ desunt in Paris. et Moscov. in quo quidem manus recentior subpleverat. Voces εἴρηται — Βοιωτιακῆς praeteriit Gem. Pletho uterque. Tum Casaubonn. ἐν ταῖς Βοιωτιακαῖς. Vatic. Moscov. ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς. Paris. ἐν τοῖς Βοιωτικοῖς. Retinui tamen vulgatam cum Guarino et editionibus, quia respicit narrationem p. 411. de duplici Arne. Cf. et p. 413.

18) Moscov. τεττάρων, uti solet. Post Vatic. Paris. Mosc. Gem. Pletho A. συμπάσης pro ὅλης. Utrumque, ὅλης συμπάσης, deinceps adponit Gem. Pletho B.

19) Omittunt hoc verbum Vatic. Paris. Moscov. Gem. Pletho A. B. possitque etiam commode abesse. Primus editorum addidit Casaubonus. Rectius idem in sequentibus posuit ὑπ' Εὐρυπύλῳ pro ὑπ' Εὐρυπύλου, quod invenerat.

ibique Itoniae templum Minervae: unde etiam, quod in Boeotia est, nomen habet: et fluvius Cuarius; de quo diximus in Arna Boeotiae. Haec vero pertinent ad Thessaliotidem, unam de quatuor Thessaliae partibus: sub qua etiam

ὑπ' [20] Εὐρυπύλῳ, [21] καὶ ὁ Φύλλος, ἔνθα Ἀπόλλωνος τοῦ [22] Φυλλαίου ἱερόν· καὶ Ἴχναι, ὅπου ἡ Θέμις [23] Ἰχναία [24] τιμᾶται. Κατὰ δὲ τὸν Ἀντρῶνα [25] ἕρμα Thessalia.

 ὕφαλον

20) Gem. Pletho uterque subiicit καὶ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ. quod repetitum esse videtur ex superiori loco p. 432. f. Remotior enim et versus Ossam fuit Philoctetis ditio, uti adparet ex Homero Il. β, 716. sqq. Cf. Strabo infra p. 443.

21) Voces καὶ ὁ Φύλλος, ἔνθα Ἀπόλλωνος omissa desunt in Vatic. Paris. Moscov. Hic tamen a manu recentiori adiectas ostendit, Paris. ex Φύλλος priorem tantum partem servavit. Ulterius hinc et ad τιμᾶται omnia desiderantur in Gem. Plethone utroque. De scriptura nominis Φύλλος dubitationem movet Stephanus h. v. qui diserte ex Strabonis libris profert Φυλλοῦς. At minime sanus ille locus esse videtur, tum quod literarum series interpellatur, tum quod subiicit, Rhianum feminino genere dixisse. Nempe genus unice spectavit Stephanus, non terminationem. Accedunt etiam gentilia Φυλλεύς et Φυλλαῖος. Quare nihil contra omnes libros mutandum censui.

22) Paris. Moscov. simplici λ producunt renuente etymo aliorumque auctorum usu, de quo plura dabit Iacobs ad Anthologiam V. 1. P. 1. p. 398. et quos memorat. Cf. etiam Muncker. et Staveren. ad Hygini fab. 14. p. 39.

23) Paris. ἡ Χναῖα, Moscov. Ἰχναῖα.

24) Hinc inserunt aliqua Vatic. 174. Paris. Moscov. sic: τιμᾶται, καὶ Κιερὸς δ' εἰς αὐτὴν συντελεῖται . . . . τῆς Ἀθαμανίας. Κατὰ δὲ —. Eadem in suo etiam codice legisse Guarinum, docet eius versio: *et Cyerus cum ea censetur et Athamania.* Obscura haec sunt in priori etiam fragmenti parte corrupta.

25) Vulgo ἔρυμα. Vatic. Paris. Moscov. ἑρμαῖον vel ἕρμαιον. In Paris. etiam vulgata vox superscripta est, quam praebent alii cum Guarino. *Tzschucke.* Non dubito, legendum esse ἕρμα ὕφαλον, quae vox scopulum in mari latentem significat.

etiam Eurypyli fuit ditio. Tum Phyllus: ubi Phyllaei Apollinis templum: et Ichnae, ubi Themis Ichnaea colitur. Iuxta Antronem ad fretum Euboicum

Thessalia. ὕφαλον ἐν τῷ πρὸς Εὐβοίᾳ ἐςὶ πόρῳ, καλούμενον [26] ὄνος Ἀντρῶνος· εἶτα Πτελεὸν καὶ ὁ [27] Ἅλος·

ficat. Videtur autem illud faxum vocatum fuiffe ὄνος, quia iacentis grandis afini fpeciem prae fe ferret, unde proverbium manaverit, de maioribus folito animalibus, ὄνος Ἀντρῶνος. Similem mendam apud Plutarchum deprehendimus, ut alias infinitas. Locus eft in Lycurgo [cap. 5.] αἰωρουμένη γὰρ ἡ πολιτεία καὶ ἀποκλίνουσα μὲν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ δημοκρατίαν, οἷον ἕρμα τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν ἐν μέσῳ θεμένη καὶ ἰσοῤῥοπήσασα, τὴν ἀσφαλεςάτην τάξιν ἔσχε καὶ κατάςασιν. Cuius loci elegantiam nemo animadvertet, qui prius non obfervaverit, fumtum effe loquendi genus a navium fuburra, qua naves αἰωρούμεναι onerantur. Suburram autem Graeci ἕρμα vocant. Quare ἕρμα legendum eft, non ἔρυμα. Sic etiam hunc verfum apud Oppianum leges lib. 4. v. 477. Ἁλιευτικ. Πολλάκι μὲν καὶ νῆες ἐν ἕρμασιν ἠύτ' ἔκελσαν Κείναις. *Saepe quidem etiam naves in operibus* (id eft in curfu) *quafi allifae funt Illis*. Vulgo ἔργμασι mendofe. *Cafaubonus*. Elegans eft et acuta haec emendatio, quam ipfa nominis fubiecti ratio non folum, fed et addita vox ὕφαλον confirmat. Sic enim diferte Pollux 1, 115. ἕρματα explicat πέτρας ὑφάλους. Etymol. M. auctor τὰ πετρώδη τῆς θαλάσσης μέρη καὶ ὕφαλα. Accedit locus Dionyfii Halic. 1, 52. f. ἕρμασιν ὑφάλοις περιπεσεῖν. Cf. quae de h. v. adferuntur ad Pollucem c. l. Hefychium T. 1. p. 1437. Ita tamen legendum effe ad Aldi editionem iam antea, ut alia plura a Cafaubono tacite excepta, monuerat Scaliger. His vero motus, et quod propius a codicibns abfit, repofui ἕρμα, quod et ἔρυμα explicat et κώλυμα τοῦ πρόσω πλεῖν Etymol. M. Alias in ἑρμαῖον poffit aliquis argutari ex Suida, qui Ἑρμαῖος diferte interpretatur ὕφαλον πέτραν. Sed corrupta eum dediffe ex Harpocratione, in quo eft Ἑρμᾶς, notavit iam Kufterus. Vid. Fifcher ad Anacreont. fragm. 38. p. 372. Ἑρμαῖα nempe aliud volunt, de quo vid. Cafaubon. ad Strabon. 17. p. 818. ubi fimilem variationem notat. Poft pro πόρῳ Mofcov. πορρῳ.

26) Ald. Hopper. Xyl. ὄρος, etfi inde a Guarino omnes ver-

boicum faxum eft mari latens, quod vocatur Antronis afinus. Sequitur Pteleum et Halos:

[27] Ἅλος· εἶτα τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν καὶ ὁ Πύρασος κατεσκαμμένος· ὑπὲρ αὐτῶν δὲ αἱ Θῆβαι· εἶτα ἄκρα Πύῤῥα καὶ δύο [28] νησίδια πλησίον, ὧν τὸ μὲν Πύῤῥα, τὸ δὲ Δευκαλίων καλεῖται· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Φθιῶτις πως τελευτᾷ. Thessalia.

§. 15.

Ἑξῆς δὲ τοὺς ὑπὸ [1] Εὐμήλῳ καταλέγει, [2] τὴν συνεχῆ p. 436.

versiones reddunt *asinus*. Ὄνος probant Mssti et auctores. Lapsus quidem facilis, uti olim pro ὄνος ferebatur ὄρος in Hesychio s. v. μύλη. Tum Ἀντρῶνος dat Moscov. pro vulgato Ἄντρωνος, de quo vid. ad lib. 8. p. 350. in. Hinc vero patet, quo sensu Strabo eam formulam vulgo iactatam intellexerit, quam varie alii remoteque explicant, de quo alibi.

27) Ald. Hopper. ἄλλος, ut supra.

28) Paris. et Moscov. νησία. Cf. paullo superius. Tum Moscov. πῶς pro πως.

1) Praemisso τῷ ponit Moscov. cum Vatic. uti infra hac pag. volunt ὑπὸ τῷ Φιλοκτήτῃ. Supra tamen haec nudata articulo producuntur.

2) Verba τὴν συνεχῆ — γῆς repudiavit Gem. Pletho uterque. Guarinus legisse videtur καὶ τὴν συνεχῆ —. Vertit enim: *contiguamque oram maritimam*. Casaubonus malit: κατὰ, vel etiam καὶ τὴν συνεχῆ παραλίαν. Durior certe alias relinquitur nexus. Luxa non minus sunt, immo aperte depravata, quae subsequuntur: ἔπεστιν ἤδη, quae Casaubonus immutat in ἅπερ ἐστὶν ἤδη. Ἔπεστιν sane incommodum hic accidit, etsi constanter tenent libri cum Guarino. Supra p. 432. in simili nexu dixit: νῦν μέντοι Μαγνησίας. Equidem priorem partem intactam reliqui, cum aliquatenus per adpositionem dicta possint intelligi, alteram copulandi voce ἥπερ connexui.

Halos: inde Cereris templum et Pyrasus dirutus: supra hunc Thebae: post Pyrrha promontorium et duae exiguae insulae, quarum una Pyrrha, altera Deucalion nominatur: atque ibi fere finis est Phthiotidis.

§. 15.

Deinceps eos refert, qui sub Eumelo erant, continentem

Thessalia. συνεχῆ παραλίαν, ἥπερ ἐστὶν ἤδη [3] Μαγνησίας καὶ τῆς Πελασγιώτιδος γῆς. [4] Φεραὶ μὲν οὖν εἰσι πέρας τῶν Πελασγικῶν πεδίων πρὸς [5] τὴν Μαγνησίαν, ἃ παρατείνει μέχρι τοῦ Πηλίου σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα. Ἐπίνειον δὲ τῶν Φερῶν Παγασαὶ, διέχον ἐννενήκοντα σταδίους αὐτῶν· Ἰωλκοῦ δὲ εἴκοσι. Ἡ δ' [6] Ἰωλκὸς κατέσκαπται μὲν ἐκ παλαιοῦ. Ἐντεῦ-

3) Casaubonn. Vatic. 173. Μαγνητικῆς, itemque, etsi a recentiori manu, Moscov. Probat unice hanc lectionem Laurent. Theodor. Gronovius in commentario ad marmoream basin Colossi — p. 479. (Vol. 7. thes. antiqu. Gr. Gronovii) et recipiendam fuisse pronuntiat. Movit nempe, quod adiectum sequitur καὶ τῆς Πελασγιώτιδος γῆς. Quod si tamen retineatur vulgata, τῆς praeponi vult. Neutrum, etsi per se valeat, est tamen necessarium. Sic propria adeo noster et gentilia coniungit; articulum librorum exempla promiscua incertum in plurimis faciunt. Praetulerim tamen, si quis postulet, posterius.

4) Casaubonn. hic et post Φέῤῥαι.

5) Ita codices volunt. Eustathius tamen ad Homer. Il. 2, 756. p. m. 255. hinc reddit πρὸς τῇ Μαγνησίᾳ. Utrumque casum in his noster variare solet, adeoque lib. 2. p. 81. τὸ πρὸς δύσει πλευρὸν dicit, et deinceps τὰ πρὸς ἄρκτον. Cf. ad lib. 8. p. 346. in. lib. 9. p. 405. f. Post idem Eustathius ante Πηλίου omittit articulum, uti etiam faciunt editiones ante Casaubonum. Denique ponit στάδια pro σταδίους, nota commistione. Sic paullo inferius ex Strabone ad Homer. Il. 2, 712. p. m. 248. habet στάδια et ad Odyss. 11, 280. p. m. 435. σταδίους. Post Paris. Mosc. ἐνενήκοντα.

6) Moscov. Ἰολκός. Res nota.

tem oram maritimam, quae iam Magnesiae est et Pelasgiotidis propria. Pherae terminus sunt Pelasgici campi ad Magnesiam, qui ad Pelium usque montem porrigitur stadiis CLX. Navale Pherarum sunt Pagasae, inde XC stadiis dissitae, ab Iolco XX. Iolcus pridem deleta est. Hinc

Ἐντεῦθεν δ' ἔςειλε τὸν Ἰάσονα καὶ τὴν Ἀργὼ Πελίας· ἀπὸ δὲ τῆς ναυπηγίας τῆς Ἀργοῦς καὶ Παγασὰς λέγεσθαι μυθεύουσι τὸν τόπον· οἱ δὲ πιθανώτερον ἡγοῦνται τοὔνομα τῷ τόπῳ [7] τεθῆναι τοῦτο ἀπὸ τῶν πηγῶν, αἳ πολλαί τε καὶ δαψιλεῖς ῥέουσι· πλησίον δὲ [8] καὶ Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν. Τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ ςαδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάσσης Ἰωλκός. Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ [9] πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν [10] ἐπὶ θαλάσσῃ, τὰς πλησίον πολίχνας εἰς αὐτὴν συνοικίσας,

Thessalia.

7) Casaubonn. τεθεῖσθαι et τεθῆναι. Ex meis Ven. Gem. Pletho A. B. τεθεῖσθαι, Paris. et hoc et τεθῆναι, posterius reliqui. Ald. Hopper. πεπεῖσθαι pro τεθεῖσθαι, unde tamen Xylander effinxit πεποιῆσθαι. Denique Casaubonus statuit τεθῆναι, quod non est, cur sollicitetur.

8) Neglexerunt hanc voculam Ald. Hopper. Xyl.

9) Sustuli mendum, quod obsidet edd. Casaub. 1. 2. πολιορκετής.

10) Eustathius ad Homer. Il. 2, 734. p. m. 251. legit ἐπὶ θαλάσσης, ubi tamen Politus Tom. 2. p. 713. ex nostro recte reposuit ἐπὶ θαλάττῃ. Sic idem Eustathius post ad Homer. Il. 2, 712. p. m. 247. ex Strabone reddit ἐπὶ τῆς λίμνης.

Hinc Iasonem et Argo navem Pelias emisit: et fabulantur, Pagasas nomen habere ab Argo navi ibi compacta: alii probabilius nomen loco a pagis, id est fontibus, factum sentiunt, qui frequentes ibi largique fluunt. In propinquo sunt Aphetae, quasi carceres: quod hinc emissi fuerint Argonautae. Supra Demetriadem septem stadiis mari Iolcus sita est. Demetrius Poliorceta condidit et a se denominavit Demetriadem ad mare inter Neliam et Pagasas: in eamque conduxit vicina oppida, Neliam,

Thessalia. σας, [11] Νηλίαν τε καὶ Παγασὰς, καὶ Ὀρμένιον· ἔτι δὲ Ῥιζοῦντα, Σηπιάδα, [12] Ὀλιζῶνα, Βοίβην, Ἰωλκόν· [13] αἳ δὲ νῦν εἰσι κῶμαι τῆς Δημητριάδος. Καὶ δὴ καὶ ναύσταθμον ἦν τοῦτο καὶ βασίλειον μέχρι πολλοῦ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Μακεδόνων· ἐπεκράτει δὲ καὶ τῶν Τεμπῶν καὶ τῶν ὀρῶν [14] ἀμφοῖν, τοῦ τε Πηλίου καὶ τῆς Ὄσσης. Νῦν δὲ συνέσταλται μὲν, τῶν δ' ἐν τῇ Μαγνησίᾳ πασῶν ὅμως διαφέρει. Ἡ δὲ Βοιβηῒς [15] λίμνη πλησιάζει μὲν ταῖς Φεραῖς· συνάπτει δὲ καὶ τοῖς ἀπολήγουσι τοῦ Πηλίου πέρασι καὶ τῆς Μαγνησίας. Βοίβη δὲ χωρίον ἐπὶ τῇ λίμνῃ κείμενον. Καθάπερ δὲ τὴν Ἰωλκὸν αὐξηθεῖσαν ἐπὶ πλέον

11) Hinc hiatus trium syllabarum cernitur in Parif. Tum Mofcov. dat Ὀρμένιον, Parif. δ' Ἐριζοῦντα, male diftractis vocibus.

12) Ita mutato accentu pofui pro Ὀλίζωνα, praeeunte etiam hic Mofcov. Probat Homerus Il. 2, 717. et, qui diferte ita fcribendum effe monet, Stephanus h. v. ut ab adpellativo, quod in fimilibus valet, difcernatur. Idem praetenta auctoritate Apionis et Herodori, Grammaticorum, firmat Euftathius ad Homer. c. l. p. m. 249.

13) Mofcov. Gem. Pletho B. forte melius αἳ δὴ, nifi ob fequ. offendat.

14) Cafaubonn. fubiiciunt ὥσπερ εἴρηται, Vatic. Parif. Mofc. ὧνπερ εἴρηται.

15) Extrufa eft haec vox in Parif. et Mofcov.

Neliam, Pagafas, Ormenium, Rhizuntem, Sepiadem, Olizonem, Boeben, Iolcum: qui nunc funt pagi Demetriadis. Urbs ea longo tempore fuit navale regibus Macedoniae: et fub fe habuit cum Tempe, tum ambos montes, Pelium et Offam. Nunc quanquam deminuta potentia, tamen omnibus Magnefiae urbibus praeftat. Boebeis palus Pheris vicina eft, et contigua extremitatibus Pelii atque Magnefiae. Boebe oppidulum eft paludi imminens. Enimvero ficut Iolcum valde elatam deiecerunt

πλέον κατέλυσαν αἱ στάσεις καὶ αἱ τυραννίδες, οὕτω καὶ τὰς Φερὰς συνέστειλαν ἐξαρθείσας ποτὲ [16] καὶ συγκαταλυθείσας τοῖς τυράννοις. Πλησίον δὲ τῆς Δημητριάδος ὁ [17] Ἄναυρος ῥεῖ· καλεῖται [18] δὲ καὶ ὁ συνεχὴς αἰγιαλὸς Ἰωλκός. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν συνετέλουν. Ὁ δ' Ἀρτεμίδωρος [19] ἀπωτέρω τῆς Δημητριάδος τίθησι τὸν [20] Παγασητι- Thessalia.

16) Καὶ deest in edd. Aldi, Hopperi et Xylandri.

17) Vulgo Ναῦρος. Veri nominis depravationem, quam traxerunt omnes libri cum Guarino amputatione facta, detexit Casaubonus et substituendum vidit Ἄναυρον. Hunc enim fluvium plures non solum sic commemorant, sed et aliqui aperte in Thessaliae hoc tractu ponunt, veluti Callimachus in Delum v. 103. Orpheus in Argon. v. 112. Vibius Sequ. p. 3. Schol. Callimachi ad hymnum in Dian. v. 101. Sed vid. quae conlegerunt Spanhem. ad Callimach. in Dian. c. l. Oberlin. ad Vibium p. 73. viri docti ad Hesych. Tom. 1. p. 346. Alterum *Naurum* nemo novit, etsi in tabula adposuit d'Anville, Strabonis quidem hoc loco inductus, qui et olim Dalechampium in Athenaeo 4, 21. p. 172. deceperat, ideo a Casaubono notatum. In Graecis enim ibi diserte Ἄναυρος legitur, et cum Iolco commemoratur. In re igitur conclamata a codicibus descifcere non dubitavi.

18) Aldus, Hopperus omittunt ὁ συνεχὴς, Xylander evulgavit δὲ συνεχής. Mosc. omittit ὁ. In sequentibus verba ἐνταῦθα — ὁμώνυμος Gem. Pletho B. non admisit.

19) Casaubonn. ἀπωτάτω. Sufficit, quam alii sustinent, vulgata.

20) Casaubonn. Παγασικὸν, Medic. Paris. Παγασιτικὸν, uti antea legebatur in epitome p. 330. Venet. Πηγασιτικόν. De priori

runt seditiones et dominationes, ita et Pherae una cum tyrannis et creverunt et conciderunt. Prope Demetriadem Anaurus fluit. Litus continuum Iolcus vocatur. Hic etiam Pylaicum solennem conventum celebrabant. Artemidorus sinum Pagasaeum

Thessalia. γασητικὸν κόλπον εἰς τοὺς ὑπὸ [21] Φιλοκτήτῃ τόπους· ἐν δὲ τῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι τὴν Κικύνηθον νῆσον καὶ πολίχνην ὁμώνυμον.

§. 16.

Ἑξῆς δ' αἱ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ πόλεις καταλέγονται. Ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐςὶ τῆς Θρακίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος· ἐμνήσθημεν δὲ καὶ [1] πρότερον τῆς ἐν Πελοποννήσῳ. Πρόκεινται δὲ τῶν

priori nominis parte nulla obiicitur dubitatio, et, quod in Stephano s. v. Ἀκέσαι legitur Πηγασαῖος, aut pertinet ad Πήδασα per corruptionem, vel, uti aliis eodem teste scribitur, Πήγασα, aut ad Ioniam dialectum informatum est, aut, quod vult Gavel in obseruatt. miscell. novis Tom. 4. p. 239. in Παγασαῖος mutari debet, uti scribit ipse Stephanus s. v. Ἀφέται. Sic Plinius 4, 23. s. 12. dicit *Pagasicus sinus*. At cum aliis libris Παγασητικὸς scribit Scylax p. 24. sq. Hudf. Stephanus s. v. Ἀφέται et Δημητριάς. Guarinus tamen habet *Pagaseum sinum*. Similis variatio obversatur infra p. 438.

21) Casaubonn. Venet. Paris. Moscov. ὑπὸ τῷ Φιλοκτήτῃ. De utroque paullo superius dictum est. Sic post ὑπὸ Φιλοκτήτῃ Venet. Paris. Moscov.

1) Vatic. 174. Paris. Mosc. truncata quaedam his subiiciunt: τῆς . . . . καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ . . . . . ἠρίθμηται. (Paris. Moscov. tantum ϑμηται.) Ἥ τε Θαυμακία καὶ (καὶ abest in Vatic.) . . . . τῆς ἑξῆς παραλίας ἐςί. Πρόκεινται —. Reliqui cum editionibus consentiunt. Tantum Venet. omisit ἐν Πελοποννήσῳ.

saeum longius a Demetriade ponit in loca Philoctetam dominum agnoscentia: inque eo sinu ait Cicynethum esse insulam et oppidum eiusdem nominis.

§. 16.

Deinceps urbes recensentur ab Homero, quae Philoctetae parebant. De his Methone alia est a Thracica illa, quam Philippus evertit: de Peloponnesiaca suo loco intulimus mentionem. Ante Magne-

τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκίαθός τε καὶ Πεπάρηθος, καὶ [2] Ἰκὸς, Ἁλόννησός τε καὶ Σκῦρος ὁμωνύμους ἔχουσαι πόλεις. [3] Μάλιστα δ' ἐστὶν ἐν ὀνόματι Σκῦρος διὰ τὴν Λυκομήδους πρὸς Ἀχιλλέα οἰκειότητα, καὶ τὴν Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως ἐνταῦθα [4] γέννησίν τε καὶ ἐκτροφήν. Ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθεὶς, ὁρῶν Ἀθηναίους ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάσσης καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ἐποίησε τὰς πλησίον ἑαυτῷ

Thessalia.

P. 437.

2) Parif. Moscov. male disiectis vocibus ἰκόσαλον νῆσος. Vatic. ἰσόσαλον νῆσος. In Gem. Plethone B. deest καὶ Ἰκός. Tum Σκῦρος posui pro Σκύρος. Ita enim in Homero Il. 9, 664. Dionysio v. 521. — legitur, unde et antiquiores poetae penultimam semper producunt; librarii cum Syros lubenter commiscent. Sic Κῦρος et similia. In aliis tamen, veluti Thucydide 1, 98. Σκύρος adhuc legitur. Ipsa verba ὁμωνύμως — Σκῦρος in Parif. Mosc. Gem. Plethone B. desunt. Tum dedi Ἁλόννησος. V. lib. 13. p. 618.

3) Venet. Καὶ μάλιστα.

4) Ita omnes libri cum Eustathio ad Homer. Il. 2, 756. p. m. 255. Forte tamen γένεσιν, ut supra p. 404. ubi Eustathius pro eo praebet γέννησιν. Idem observatur in Luciano de saltatione cap. 44. ad quem locum vid. Solanus. Passim tamen etiam promiscuo sensu dicuntur vel certe explicantur. Sic aperte Dionys. Halicarnass. 4, 7. m. γένεσις posuit pro γέννησις, quia de generatione loquitur, non de nativitate. Sed vid. plurima, quae congesserunt interpretes ad Matthaeum 1, 18. et quos praeterea commemorant Wolfius in curis philolog. et Koecherus in analectis ad c. l.

Magnetas sitae sunt complures insulae, de quibus nobiles sunt Sciathus, Peparethus, Icus, Halonnesus, Scyrus, urbibus cognominibus praeditae. Maxime celebratur Scyrus ob Lycomedis cum Achille affinitatem, ibique natum et educatum Neoptolemum Achillis F. Postea temporis Philippus viribus auctus, cum videret, Athenienses mare obtinere, et insulis, cum his tum aliis, imperare, fecit, ut ipsi propinquae fierent quam

Thessalia. ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους. Πολεμῶν [5] γὰρ περὶ τῆς ἡγεμονίας, [6] ἐπεχείρει πρώτοις ἀεὶ τοῖς ἐγγύθεν, καὶ καθάπερ αὐτῆς τῆς Μαγνήτιδος τὰ πολλὰ μέρη [7] τὴν Μακεδονίαν ἐποίησε καὶ τῆς Θράκης καὶ τῆς ἄλλης τῆς κύκλῳ γῆς, οὕτω καὶ τὰς πρὸ τῆς Μαγνησίας νήσους ἀφῃρεῖτο, καὶ τὰς ὑπ' οὐδενὸς γνωριζομένας πρότερον περιμαχήτους καὶ γνωρίμους ἐποίει. Τὴν δ' οὖν Σκῦρον [8] μάλιστα μὲν αἱ ἀρχαιολογίαι [9] συνιστῶσιν· ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα [10] θρυλλεῖσθαι [11] ποιεῖ, οἷον αἱ τῶν αἰγῶν ἀρεταὶ τῶν Σκυρίων· καὶ τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας, καὶ τῆς [12] Λευ-

5) Paris. δὲ περί.

6) Casaubonn. ἐπεχείρησε. Cf. tamen sequentia. Post Gem. Pletho A. τοῖς ἐγγύς, aptius hic, aut illud certe eodem sensu.

7) Articulum ignorant Paris. et Moscov.

8) Paris. Moscov. Vatic. Venet. praemittunt καί.

9) Vatic. συνιστᾶσιν vulgari et usitata forma. Neque tamen altera a reliquis omnibus temere excepta videtur.

10) Moscov. simplici λ, uti passim alibi, veluti lib. II. p. 498. 505.

11) Gem. Pletho B. ποιεῖ· αἵ, τε τῶν αἰγῶν.

quam maxime celebres. Nam de principatu contendens bello, semper proxima quaeque adortus est, et ut Magnesiae ac Thraciae aliarumque circumiacentium multas partes Macedoniae adiecit, ita et sitas ante Magnesiam insulas ad se rapuit, priusque ignotae et obscurae quae erant, fecit, ut certatim appeterentur essentque notae. Scyrum praecipue antiquitatis memoria commendat: sed tamen alia quoque sunt, quae eius famam late vulgant. De his est Scyriarum capellarum praestantia, et metalla varii Scyrii lapidis: sicut et Carystii, et Leu-

[12] Λευκολλείας, καὶ τῆς Συνναδικῆς, καὶ [13] Ἱερα- Thessalia.

